3° che le chiaui delle porte delle becarie non possa ne debban stare in mano d'altri che del solo stimatore il quale in penna di £ 16 s. da esserli tratenute nelle bolete del suo salario per ogni uolta, non le possa commettere ad altri se non in caso di necess.° impedim.° da esser conosciuto per l'off.° delli deputati ma esso personalmente all'hora conueneuole sia tenuto

aprire la mattina usando diligenza perche non sia
all' hora di fuori dentro portate in pezzi ò intiere
carni prohibite et la sera al suono d'ell' aue Maria
dell' duomo serrare personamente

4 che i becari condutori di taglie famigli tagliatori,
Scorticatori cestaroli, et altri subito datto il suono
della campana dell aue Maria la serra sia obligato
ad ogni richiesta dello stimatore uscir dalle becarie
si che esso possa far l'off.° suo et serrate le porte in
penna d'una marca per ciascuno da esser ap-
plicata a giurati ò ad esso stimatore come di
sopra ogni uolta che si confarà

5.° che becaro nesuno, scorticator, ò altro in penna di
£8 per ciascuno, et cadauna uolta che confa-
ranno da esser come di sopra applicati, non
deba la note lasciar cani dentro delle bec-
carie i quali con i denti per brama di uscir
fanno gran danno nelle porte rabbati di esse

6 che i detti scorticatori cestarolli et altri huomini,
ò done non possa in penna d'una marca per
ogni uolta applicata à giurati ò stimatori
scuotar le bruture delli animali nel scuorticatoio
ma quelli portar debbano nel luoco deputato

7 che sia proibitto il giocar alle carte et
far fuocho nelle becarie sotto penna di
£8 applicatti ut supra come in detto
capitolo

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Chesali

BIBLIOTECA COMUNALE
VINCENZO JOPPI
UDINE

№ 888/3

Statuta

Collegii notariorum Utini.

(~~1509~~)

1506

C 50

29775-

STATVTA
COLLEGII NOTARIORVM
VTINI

[illegible]

[illegible]

[illegible]

1486

Incipiunt statuta Notariorum Terre Utini, etc. primo

Quoniam plerumque solent propter insufficientiam, et Notariorum alliquorum imperitiam errores in hac Patria insurgere tam ex actis Judiciorum, quam ex alijs generalibus contractuum et presertim ultimarum uoluntatum. ea propter salaberimè prouidendo congregatis, et conuocatis in unum Notarijs, et Tabellionibus Uniuersitatis Collegij Notariorum Utinensium pro unione et Uniuersitate inter se fienda et renouanda, et precipue pro statutis, et ordinamentis infrascriptis pro bono maxime publico, ac pro aucmento Uniuersitatis ipsorum Notariorum tam presentium, quam futurorum ubi quidem habita prius inter eos matura et solemni deliberatione ad laudem Omnipotentis Dei, et Beati Joannis Apostoli, et Euangeliste sub cuius nomine uoluerunt ipsam unionem, et fraternitatem uocari

... CICA ... DI UDINE

infrascripta statuta, et ordinamenta ediderunt, et fecerunt per ipsos omnes Notarios, et quemlibet eorum, ac quemcunque alium ad dictam Frater=nitatem, Collegium, seu Universitatem assume=ndum observari ut infra

De Congregatione Universitatis, et ellectione Offitialium.

Et primo quod omni anno in Festo S. Ioannis Evan=gelistę sequentis immediatè Festum Nativitatis Domini in Ecclesia S.tę Marię Magdalenę Urini debeat Universitas, seu Fraternitas dictorum Notariorum, et Tabellionum ad plenum congre=gari, et ibidem de comuni voluntate omnium seu maioris partis ipsorum debeat elligi, et deputari unus Prior, et unus Camerarius, qui habeant agere, et gubernare, ac ipse Came=rarius conservare omnes pecunias, res, ac bona dictę Fraternitatis: Item duo consiliarii, qui in omnibus, de quibus à Camerario, et Priore fuerint requisiti debeant sibi pro ipsius Frater=nitatis negotiis opportunis super eorum conscientia bene, et fideliter consilia prebere, quorum

Prioris, et Camerarij, ac Consiliariorum officium durare debeat uno anno dumtaxat. Item elligi debeat unus Sindicus representans totam ipsam Universitatem, qui habeat procurare causas, et negotia dictę Fraternitatis tam in iudicio quàm extra, cuius officium duret ad bene placitum Universitatis, seu Fraternitatis predictę, qua ellectione facta prestetur Iuramentum ipsis Officialibus quod fideliter eorum officium exercebunt. Item dicta die facta ellectione Officialium predictorum elligi debeant per Universitatem predictam duo Notarij: Unus in iudicio Dni Capitanei, alter in iudicio Magnifici Dni qui scribere habeant sine ulla mercede in causis pauperum, et miserabilium personarum.

Quod Officiales ellecti Balotentur.

Statuimus, et ordinamus, quod si alliquis fuerit ad aliquod officium propositus nisi unica voce nemine discrepante approbetur, quod ille talis unus, vel plures balotentur: et si non pretervierit dimidium consilij non balotetur tunc ad tale officium: si vero pretervierit dimidium

Consilij tunc si plures essent propositi balotentur ut moris est, et remaneat, qui plures balotas habuerit:

De Veneratione prioris Consiliariorum, et Sindicorum, et aliorum confratrum ordinate, et gradatim juxta eorum professiones.

Item statuimus quod ille, qui electus, et approbatus fuerit Prior sicut dignitate prefulget, ita ab omnibus de dicta Vniuersitate honoretur ita quod preesse debet ceteris in digniori loco una cum Consiliarijs et postea cum Sindico, et Camerario deinde per ordinem alij confratres succedant gradatim juxta eorum institutiones, et talis ordo seruetur in Congregatione Vniuersitatis predicte, et incedendo ad processiones, et ad exequias defunctorum, ac in offertorio Missarum.

De Celebratione Missarum.

Item quod Camerarius teneatur, et debeat singula Dominica prima cuiuslibet Mensis hora qua pulsatur ad Missam maiorem in maiori Ecclesia per unum ex capellanis dictę Fraternitatis seu Vniuersitatis celebrari facere unam Missam in Ecclesia Sanctę M. Magdalenę super Altare

maius, uel sancti Ioannis ad honorem Omnipotentis Dei, eiusque Gloriosissime Matris Virginis Marie, et dicti S. Ioannis cuius Capellano sic celebranti dictam Missam dictus Camerarius dare teneatur de pecunijs Vniuersitatis predicte solidos quattuor.

De assumendis in Vniuersitate et examinatione eorum.

Item quod nullus possit in Collegium seu Fraternitatem dictorum Notariorum, et Tabellionum recipi, nisi ille talis sit Notarius, ac natus, et habitator in Terra Visini, uel fecerit se ciuem ipsius Terre secundum Statuta, et ordinamenta ipsius Terre Visini vz. morando continue loco, et foco in ipsa Terra.

Nemo Notarius assumatur in Vniuersitate nisi sit etatis annorum uiginti, et sufficiens.

Item, quod si quis Notarius de cetero uoluerit assumi in dictam Fraternitatem seu Vniuersitatem, ac Collegium debeat primum per ipsos de Vniuersitate ibidem, uel per deputandos ad hoc per ipsum Collegium uid. per tres ex dicta Fraternitate Notarios ballotandos in dicto Collegio, ac per

spectabilem Dnum Vicarium Mag.ci Dni Locumtenentis et per unum ex septem Deputatis Mag.cae Comunitatis Terrae Utini electum per maiorem partem ipsorum Dnorum septem Deputatorum bene, et diligenter examinari si fuerit sufficiens secundum dispositionem generalis constitutionis Patriae sub rubrica de Patronis causarum, et Notarijs, qui in iudicio scribant admittendis. et si per ipsam Universitatem, vel ex relatione dictorum Deputatorum, seu maioris partis eorum fuerit repertus sufficiens possit, et valeat ascribi Collegio praedicto dummodo ille talis assumendus fuerit, aetatis annorum viginti, et ille talis assumendus solvere teneatur pro intratura dictae Universitatis libras solidorum tres distribuendas per eius Camerarium in expensis necessarijs, et oportunis ipsius Universitatis, et aliter contra formam huius statuti nullus possit recipi, seu assumi in dictum Collegium.

Quomodo debeant elligi Deputati ad examinationem Notariorum.

Item quod tales deputandi per dictam Universitatem ad examinationem Notariorum volentium intrare
7. Collegium debeant sacramentum praestare, pro bona fide, et sine fraude dictos volentes intrare

Collegium predictum examinabunt diligenter prout superius in proximo precedenti statuto declaratur et secundum quod dictabunt ei ipsorum conscientie referent, et stetur relationi eorum, seu maioris partis ipsorum; et quod predicti sic deputandi non possint recusare de assumendo dictum officium sub pena duarum marcarum solidorum pro quolibet recusante applicanda Universitati predicte.

Quod quilibet de Universitate intersit Missis, et Consiliis ipsius Universitatis.

Item quod omnes confratres ipsius Universitatis per Camerarium, vel eius nuncium ad hoc deputandum debeant mense singulo, quo celebrabitur ipsa Missa ad eam conuocari, qui sic conuocati teneantur, et debeant conuenire, et celebrationi dicte Misse interesse salua causa legitima et ibi permanere quamdiu ipsa Missa fuerit celebrata. et unusquisque Confratrum offertorium in cereo facere de duobus solidis debeat, et hoc sub pena unius libre olei ad cultum diuinum applicande, quam Camerarius effectualiter exigere debeat ab illis, qui contrafecerint sub pena quattuor

solidorum pro singulo contrafaciente: qua Missa completa nullus fratrum debeat inde discedere nisi primo viderit si per ipsos Priorem et Camerarium, vel aliquem ex fratribus velit aliquid proponi pro honore, et augmento ipsius Universitatis nisi habuerit licentiam à Priore, et sub pena soli-dorum quinque pro quolibet contrafaciente applicanda dictę Universitati ~~[illegible]~~ et per Camerarium prędictum irremissibiliter exigenda sub pena ut supra nisi iustum impedimentum intervenerit approbandum per Universitatem prędictam. quas penas Camerarius infra biduum debeat exegisse sub penis prędictis sibi impositis nemini autem sic ut supra convocato possit remitti dicta pena, qui ipsa die se absentaverit à Terra Ursini.

Quod Camerarius finito officio suo debeat facere consegnationem successori.

Item quod Camerarius finito officio suo infra ~~decem~~ XV dies debeat novo Camerario Consiliariis, et Sindico creatis omnes res, et bona, quę sunt ipsius Universitatis restituere, et effectualiter consignare eiusque administrationem, et sufficientem, ac idoneam rationem per dies XV antequam finiat

7

eius officium ostendere teneatur sub pena marcarum trium solidorum irremiscibiliter auferenda: et quod Camerarius qui noviter fuerit electus nullo modo assumat officium nisi reddita prius ratione per precessorem suum.

Quod electus ad officium, illud recusare non possit.

Item quod nullus de Collegio, qui per ipsam Universitatem ad officium aliquod predictorum electus fuerit, possit, et valeat recusare ipsum officium
10. sub pena librarum solidorum decem et sic contrafacienti, seu recusanti irremissibiliter auferenda nisi ex iusta causa fuerit per universitatem excusatus.

Quod Camerarius teneatur exigere omnia Credita Universitatis.

Item quod Camerarius, qui pro tempore fuerit bona fide et sine fraude teneatur exigere omnia debita condemnationes, et penas dicte Universitatis, et scribi facere
11 ce manu propria Prioris tunc existentis, vel Sindici in libro ad hoc deputato omnes condemnationes, et penas in quibus incursi fuerint Notarij dicte Universitatis, et de exitu predictorum omnium in dicto libro computum tenere, et hoc sub pena X librarum solidorum, et de his debitam reddere rationem, et nihilominus

si non exigerit infrà spatium unius Mensis de suo
proprio soluere teneatur.

Quod audientia causarum non retardetur.

Statuimus quod in audientia ordinaria causarum nullus Notarius audeat, uel praesumat aliquem terminum uocare coram M. D. L.te uel eius Vica:
12 rio nisi circulariter, et successiue unum solum terminum pro uice, et nulla ne causarum audientia intrichetur sub pena solidorum quattuor pro uice singula auferenda per Came:rarium ut supra: et Notarius completo termino suo uocato statim monere debeat alium Notarium sequentem ut uocet possit tamen quilibet Nota:rius pro uice plures terminos non uocatos facere impune de plano inter partes seu Aduo:catos partium: et Notarij sedeant in Iudicio per ordinem secundum eorum institutionem.

Quod inobedientes mandatis Prioris, et Camerarij puniantur.

Item quod si quis ipsius Uniuersitatis postquam per Pri:orem, uel Camerarium, aut Consiliarios, uel Sindicum praedictos mandatum, uel praeceptum fuerit
13 ei ire, uel interesse in aliquo loco pro factis seu negotijs ipsius Uniuersitatis, et non fuerit seu uenerit, et non steterit ad mandatum

BIBLIOTECA CIVICA

non paruerit ipsorum, vel idem precesserit puniatur in solidos octo nisi iusta causa, et legitima adfuerit, que per dictos Camerarium, Priorem, Consiliarios, et Sindicum cognoscatur, et decidatur, ac eorum terminationi omnino stetur, et si perseverans secundo monitus fuerit per eos ut supra et non venerit seu recesserit puniatur in solidos XX solvendis ~~[illegible]~~ Universitati, si autem fuerit Temeritas, quod tertia vice interpellatus, et monitus non venerit, seu ibi stare contempserit contra mandata predictorum Prioris, Camerarij, Consiliariorum, et Sindici qui talis Notarius temerarius, et inobediens condemnetur in libras solidorum quattuor: et requisitus per Priorem, et Camerarium infra octo dies non solverit penas predictas ipso facto sit suspensus ab officio scribendi per mensem, et ultra, donec solverit omnes penas ut supra.

De compulsione Fratrum ad obedientiam.

Item statutum fuit, quod quilibet de Universitate compelli possit per maiorem partem consilij ad obediendum, standum, et parendum statutis, ordinationibus, et impositionibus, deliberationibus, et mandatis ipsius Universitatis sive maioris partis eiusdem Universitatis sub penis

impositis, et imponendis per ipsam, et si quis in sua inobedientia presumpserit privetur de ipsa Universitate, ne possit aliquo privilegio, nec beneficio ipsius Universitatis uti neque gaudere nisi prius solverit penas sibi impositas, et ultra id libras L.ta solidorum, et de huiusmodi priva-tione scribatur dies, et causa in libro.

De Renunciantibus Universitati.

Item quod si quis superbia, indignatione, aut ira ela-
tus dixerit se nolle ulterius esse in ipsa Univer-
sitate vel equipolentibus verbis renunciando
dicte Universitati subito talis repudiatio acce-
15 ptetur, et notetur dies, et causa talis refutationis
sive renunciationis in libro, et talis renuncians
deleatur de libro Universitatis ipso facto ita, et
taliter quod non possit reassumi per annum,
et antequam reassumetur puniatur, et solvat
omnes, et singulas penas, et condemnationes in
quibus incursus fuerit, et ultra id libras soli-
dorum centum dicte Universitati applicandas, ac
etiam nullo privilegio, nec beneficio ipsius
Universitatis gaudere valeat nisi resumptus
ut predictum est.

Quod Officiales Universitatis Notariorum cogant confratres ad observationem statutorum

C

Item quod Prior, Camerarius, Consiliarij, et Sindicus
sub pena solidorum uiginti quatuor pro quolibet
contrafaciente teneatur compellere, et compelli
16 facere, etiam si opus fuerit cum brachio M.D.L.
omnes, et singulos confratres ad obseruantiam
statutorum, reformationum, et deliberationum
ipsius Uniuersitatis, et contrafacientes punire, ac
condemnare secundum formam eorundem statutorum.

Qualiter confratres se habere debeant in obseruandis statutis.

Item quod dictus Prior, Camerarius, Consiliarij, et Sindi=
cus debeant sub pena uiginti solidorum pro quoli=
bet contrafaciente promitti facere per quemcumque qui
17 de cetero recipietur in Uniuersitate: et qui de presenti
sunt per eorum debitum iuramentum quod bona
fide seruabunt omnia statuta reformationes,
et deliberationes Uniuersitatis.

De ordine seruando in consilio quando aliqua tractantur concernentia interesse alicuius.

Item quod si in Consilio, et congregatione aliqua tracta=
buntur disposita per statuta, uel dependentia ab eis
18 tunc statuta ipsa legi debeant antequam aliqua
fiat determinatio, si uero aliqua tractarentur,
que utilitatem, uel damnum seu interesse aliquod
concernerent alicuius ex confratribus, qui tunc

tales quorum interest cum omnibus eorum affinibus usque ad quartum gradum exire debeant de ipso consilio donec disputata, et tractata negotia illa proposita.

De provisione, quod Notarij bene et ordinate teneant eorum scripturas.

Item quod Prior, Sindicus, et Consiliarij pro tempore existentes durante eorum officio saltem semel visitare debeant, et teneantur omnes, et singulos Notarios dictae Universitatis, et diligenter mediante tamen eorum

17 debito iuramento eis, et cuilibet ipsorum in Collegio praestito examinare, et perscrutari eorum scripturas, et notas si eas tenent bene in ordine et distinctas in libris compaginatis, et non cartulis, ac etiam in loco tuto, et postea referre dicto Consilio Universitatis: Notarij vero praedicti aliter quam supradictum est tenentes eorum notas, et scripturas ipso facto condemnentur in libris solidorum XX applicandis pro duabus tertijs partibus praefatis Priori, et Sindico, et Consiliaribus Inquisitoribus, et pro alia tertia parte Universitati praedictae, et ulterius tales Notarij suspendentur interim ab omni privilegio, favore, et beneficio ipsius Universitatis donec solverit poenam praedictam et restauraverint sive reduxerint notas, et scripturas eorum per modum debitum suprascriptum

et stetur relationi dictorum Prioris, Sindici, et consiliariorum, uel maioris partis ipsorum inquisitorum de talibus Notarijs eorum scripturas tenentibus adijcientes insuper, quod Prior, Sindicus, et Consiliarij pro tempore existentes negligentes ad predicta, uel nolentes ea exercere teneantur pro singulo ad penam librarum solidorum XXV dicte Uniuersitati applicandam.

Quod Notarij non existentes de Matricula officium notarie nulliter gerent.

Item statutum et ordinatum fuit quod nullus Notarius, qui non sit de Uniuersitate, et matricula Notariorum Terre Ursini, et approbatus ut supra possit aliquos contractus, uel ultimas uoluntates, siue acta iudiciaria scribere, uel notare publicare nec in publicam formam redigere ex quibuscumque notis in Terra Ursini, et si secus factum fuerit: ipso facto contractus, uel scriptura, et Testamentum non ualeant: et Talis scribens ad interesse, et damnum patienti teneatur: et ultra id in libris solidorum quinquaginta camere Fiscali applicandis condemnetur totiens quotiens contrafecerit in contrarium: aliquo non obstante: exemptis tamen ex hoc statuto Cancellarijs Magnificorum Dominorum Locumtenentium pro tempore existentium.

Quomodo Confratribus infirmis, et indigentibus subueniendum sit.

Item statuimus quod si quis ex confratribus Universitatis nostre fuerit infirmitate detentus, et propriis ipsius vite non valeat facultatibus subvenire. Camerarius, Consiliarij, et Sindicus possint, et valeant expendere, et illi indigenti subvenire de pecunia, et denarijs ipsius Universitatis

21 absq: aliqua licentia, et contradictione usq: ad summam librarum quinq:, et si opportunum, et necessarium fuerit tali infirmanti ulterius provideri; volumus quod Camerarius, Consiliarij, et Sindicus congregata Universitate supra his provideant indigenti prout per maiorem partem Universitatis fuerit, et videbit: apparere.

De Exequijs Defunctorum Fratrum, et quomodo infirmis succurratur.

Item statuimus, et sic volumus inviolabiliter observari quod si quis ex confratribus dicte Universitatis decesserit eius exequijs omnes confratres interesse debeant, et si alicui ex confratribus per dictum Camerarium fuerit iniunctum quod vadat ad visitationem aliquorum ex confratribus infirmitate detentorum sive teneatur, et penitus debeat totiens quo=

22 tiens fuerit opportunum sub pena librarum solidorum quattuor contrafacienti auferenda et insuper si aliquis fratrum predictorum ad viginti milliaria, vel infra à Terra Utini fortuita casu infirmatus fuerit, vel mor= tuus, et proprijs facultatibus redire non possit: quod ad Terram Utini fratrum subsidio reducatur: et eidem per dictos Camerarium, Consiliarios, et Sindicum auxilium tribuatur: . si vero quod Deus avertat quis ex fratribus

Vniuersitatis ad tantam peruenerit inopiam quod ipso defuncto in Terra Vtini suis proprijs bonis aut aliter sepulturę ipsius funeris non possit fieri: possint, et valeant prefati Camerarius, Consiliarij, et Sindicus facere expendi de bonis Vniuersitatis usq: ad summam decem Librarum solidorum, et plus iuxta determinationem consilij pro expensa funeris predicti confratris Ecclesiasticę sepulturę tumulandi:

De prouisione habenda per Camerarium circa funeralia confratrum, et affinium ipsorum.

Item quod Camerarius requisitus, et ex debito sui officij teneatur, et debeat solemniter facere conuocare omnes confratres ad funus corporis cuiuslibet Notarij de Coll. et in Matricula existentis, et etiam ad funus corporum
23 Patris, et Matris, Vxoris, Fratris, Sororis, et Filiorum cuiuslibet Notarij Defunctorum in Terra Vtini, et sic vocati teneantur; et debeant ire ad dictum funus, et corpus associare usq: ad Ecclesiam ad quam sepellietur: et quod Camerarius per fidem suam teneatur diligenter inquirere, seu inquiri facere si confratres vocati ad dictum funus venerint, et steterint, et quos inuenerit contrafecisse possit condemnare et condemnatos esse intelligantur in solidis octo soluendis per ipsos contrafacientes; et quod idem Camerarius teneatur tales condemnationes exigere à condemnatis, et ipsos danarios ex dicta causa exactos scribere in suo quaterno Vniuersitatis rationum, et de ipsis facere rationem in formam statutorum, quas condemnationes dictus Camerarius si non exegerit de suo proprio ipsi Vniuersitati

refundere, et soluere teneatur; si vero Camerarius requisitus confratres conuocare non fecerit ad corpus seu funus defuncti, et diligenter non inquisiuerit de contrafacientibus, et quos inuenerit contrafecisse non condemnauerit ad penam predictam condemnetur in solidis quadraginta pro qualibet uice.

De Corporibus defunctorum Notariorum ad tumulum deffrendis.

Item statuimus quod omnium Notariorum Vniuersitatis corpora defunctorum ad tumulum deffrri debeant per Notarios dictæ Vniuersitatis, et si alicui ex Confratribus per dictum Camerarium preceptum fuerit, seu per Sindicum de elleuando, et portando corpus alicuius Notarij defuncti, et non obedierit mulctetur, et mulctatus esse intelligatur in solidis XX nisi iusta causa interuenerit
24 arbitrio ipsius Prioris, Camerarij, et Sindici, ac consiliariorum decidenda, quam penam, seu mulctam Camerarius exigere teneatur sub pena in proxime suprascripto statuto contenta adijcientes insuper, quod quilibet Confrater siue absens, siue presens exequijs alicuius ex confratribus defuncti debeat, et teneatur super eius animam, et conscientiam, ac sub pena periurij semel tantum dicere septem Salmos penitentiales cum letanijs, et orationibus sequentibus pro anima ipsius defuncti confratris.

Quod statuta legantur in Vniuersitate:

Item quod dictus Prior electus, et Camerarius Vniuersitatis teneatur, et debeat legi facere semel ad minus tempore

sui Prioratus, seu Camerarie in Universitate seu Congre-
25 gatione ipsius solemniter congregata omnia supprascripta
et infrascripta statuta quod si non fecerit XXV soldos
dicte Universitati solvere teneatur irremissibiliter ei
auferendos:

De discordia, et rixa inter fratres exorta ad pacem, et concordiam convertenda.

Item quod si aliqua rixa seu discordia orietur inter aliquos
ex confratribus dicte Universitatis Prior, Camerarius,
et Consiliarij, et Sindicus teneantur et debeant ipsos ad:
26 invicem pacificare, seu alias si non possent in
congregatione Universitatis manifestare, et detegere
utiliter prout iustum fuerit valeat providere.

De ordine servando circa notas, et scripturas Notarij Defuncti.

Item quod si contigerit de cetero aliquem Notariorum supra
dicte matricule, et Universitatis decedere cum testamento
ille talis Notarius possit de notis suis disponere, et illas
27 legare sive relinquere cui voluerit ita tamen quod si
eas legaverit alicui, qui non sit Notarius, vel de Nota-
rijs Matricule tunc debeant dicte note distribui, et com-
mitti alicui ex Notarijs ipsius Matricule de quo
Universitati videbitur cum hoc, quod ille cui com=
misse fuerint teneatur, et debeat esse in concordio
cum Herede, vel legatario predicti testatoris de emo=
lumento extrahendo de ipsis notis; si vero contigerit
aliquem predictorum Notariorum non sine testa=
mento, vel sine aliqua ordinatione facta de notis
suis quod tunc, et eo casu tales note debeant committi

[stamp] DI UDINE

et dari, et effectualiter exhiberi heredi eius sibi succedenti ab intestato, si fuerit Notarius de Matricula, si vero non esset Notarius tunc dictę notę debeant dari, et committi, et effectualiter exhiberi alicui eius affini siue coniuncto Notario de Matricula: cum voluntate et consensu heredis ipsius defuncti, et si prędictus Notarius decedens non haberet heredem, qui esset Notarius, nec alium affinem siue coniunctum Notarium de Matricula tunc dictę notę dari debeant, et committi ac effectualiter exhiberi alicui Notario de Matricula de quo uidebitur Vniuersitati prędictę: cum hoc quod ipse Notarius cui commissę fuerint teneatur, et debeat esse in concordio cum herede defuncti de lucro siue emolumento extrahendo de dictis notis: et in omnibus suprascriptis casibus mortuo Notario ut supra Vir Vniuersitatis cum Cancellario communis, et cum uno nuntio Mag.ci Dni L.tis teneatur infra duos dies postquam fuerit sibi notum sub pena decem librarum diuidenda ut infra accedere ad domum dicti Notarij defuncti: et omnes eius imbreuiaturas in aliqua capsa, uel in aliquo loco secura sigillare cum sigillo dicti communis, et ipsius Rotoris, et sic sigillatę permaneant, et teneantur donec fuerit prouisum cui dictę notę comitti debeant, et imponatur pena grauissima cuilibet ammouenti, et uitianti dicta sigilla cuius penę medietas applicetur Vniuersitati, et alia accusatori; et possit denunciari, et accusari per quemlibet ut supra in precedentibus

capitulis: et similiter si contigerit aliquem Notarium
se absentare ita quod in breui non speretur de eius
reddita, ut puta per tempus duorum mensium, uel
ultra, talis Notarius se absentare uolens teneat.
et obligatus sit notas, et imbreuiaturas suas com=
mittere, et consignare alicui ex Notarijs dictę Uni=
uersitatis, et Matriculę regendas, gubernandas, et ex=
trahendas, et releuandas pro ut, et quantum fuerit
expediens quod si non fecerit tunc dictę notę pos=
sint committi alicui ex dictis Notarijs prędictę
Uniuersitatis, et Matriculę de quo Uniuersitati pre=
dictę uidebitur regendas, et extrahendas ut supra
usque ad redditum prędicti Notarij absentati: et si
imbreuiatura aliqua non reperiretur continere ea
quę in similibus contractibus apponi solent, uel
non esset completa dummodo substantia contractus
reperiatur in ea tunc possit releuans quisque
instrumenta reducere ex ipsa nota in publicam
formam pro ut moris est, et quod similes contra=
ctus consueuerunt in publicam formam reduci
reseruata nihilominus semper auctoritate Mag.ci
D. L.tis in comittendo notas ipsas iuxta ~~istam~~ for=
mam putis statuti. Item ~~[illegible]~~ pro Uniuersitate
fieri debeat unus liber de cartis membranis in quo
scribi debeant nomina Notariorum dictę Uniuersitatis,
et tempus, quo admissi fuerunt, et diem mortis

seu absentiæ, et cuiuslibet ipsorum per ordinem: et cui notæ talis Notarij defuncti, uel absentati commissæ sunt: et similiter tempus sigillationis dictarum scripturarum:

Quod proposita in consilio debeant ballotari.

Ad hoc ut murmur inter confratres cesset in Consilio, et quiete, ac iuste terminetur, quod per aliquem sit

24 propositum statutum fuit, quod supra talibus, et omnibus, et singulis propositis nulla fiat longa disputatio altercando, seu quod per bussulos, et ballotas iuxta solitum terminetur.

Quod nullus de Universitate possit aliter pacisci nisi secundum taxas Constitutionum uel Patriæ.

Statuimus quod nullus Notarius, nec in equitando, nec in scribendo nec quocumque modo officium Notariæ exercendo pacisci aliter non possit quouis exquisito colore machinatione, uel ingenio nisi ad

24 unguem secundum taxam Notariorum salarij in generali constitutione Patriæ limitatam: et contrafacientes in una marcha solidorum condemnentur pro qualibet uice diuidenda pro tertia parte Curiæ Mag.ci D. L.tis pro tertia Universitati, et pro alia tertia accusanti, et accusans teneatur de credentia: si cum iuramento contrafacientem accusauerit: possit tamen deinde

quolibet Notarius donare de mercede sua in parte
uel in toto.

De adicione statutorum.

Statuimus, et ordinamus, quod si in futurum occurreret
pro bono, et honore Universitatis huiusmodi ali=
30 quid, sive aliqua condere, et addere statutum
seu statuta illud, uel illa prefata Universitas
facere possit: Et si per Mag: D: L.tem et Com=
munitatem Vtini approbata, quod illud statutum
prefata ualeant, et eandem roboris firmitatem
obtineant, quam obtinent suprascripta, et
parificata sint suprascriptis.

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem
Dni nri millesimo quadringentesimo octua=
1483 gesimo tertio. Indictione prima. Die uero
Veneris septimo Mensis Novembris.

In Palatio comunis in Convocatione Mag.ce Communitatis
terre Vtini: audita per Nobiles, et honorabiles Cives
de dicta Convocatione instantia plurium Egregi=
orum Notariorum de Vtino intercedentium pro
Sp.li, et Egregio Collegio sive Universitate Notari=
orum de ipsa Terra Vtini, qui postulabant confir=
mationem statutorum in pnti libello descripto=
rum, et audita relatione Spectabilium Iuris
Doctorum D. Francisci de Maniniis, et D. Rolandi

de Utino habentium commissionem superinda
referentium diligentissimè, et accuratissimè legisse, et perlegisse, ac maturè considerasse tenorem
ipsorum statutorum, et quod eorum iudicio forent
honor, et decus nedum ipsius Collegij Notariorum,
sed etiam bonum, et decus publicum huius Civitatis si confirmarentur, et observarentur proterea
ponere partem in ipsa convocatione, quod omnino
confirmari deberent, qua instantia audita, et
relatione optime considerata deliberatum, et captum
fuit in dicta convocatione, quæ repræsentabat
Mag:cam Communitatem, et totam Universitatem
Terræ Utini, quod ipsa statuta intelligantur, et
sint perpetuo confirmata si tamen Ill:mum Ducale D. N. V. etiam ipsa statuta desuper scripta
eorum confirmationem consentire, et pro sua
infinita sapientia approbare dignabitur, et quod
debeant observari &c. In quorum fidem, et robur
de mandato suprascriptæ Convocationis. Ego
Petrus Cancellarius scripsi, et sigillum comunis
Terræ Utini apposui:

Nos Lucas Mauro pro Ill:mo et Excellentissimo D. D. V.
Patriæ Forojulij Locumtenens generalis &c:
Audita humili, et honesta petitione parte fidelissimæ Universitatis, et Egregij Colegij Notariorum

Utinensium nobis facta qua petitum est, ut statuta
quæ pro bono publico ipsius Universitatis, Civitatis
et ipsius dignissimi Collegij honore comuni Nota=
riorum omnium eiusdem Collegij opinione consul=
toque denuo ediderunt ad perpetuam rei memoriam
confirmare, auctorizare, et approbare vellimus
nisi, et diligenter examinatis statutis ipsis, quæ
nihil nisi, quod iustum, quod honestum, quod
laudabile sit in se continent, et opere pretium existima=
ntes ea iure, atq: auctoritate nostra Praetoria
comprobare, quæ et ad comparandam virtutem,
atq: bonarum artium studia alliciant homines,
et ad bene esse, ac decus, et ornamentum Tabel=
lionatus constituta sunt, quippe tanta Tabellionu
fides, atq: credulitas ex constitutis legibus est:
ut per rerum humanarum contractus, et volu=
ntatum hominum dispositiones omnes fere
mortalium facultates eorum fidei, atq: integri=
tati creduntur: et quanto leges ad meliorem
ducendam vitam, atque integriorem Tabellio=
nes cohibent tanto, quidem, et maiori laude
conditores earum, et digniori comendatione
haberi debent: nam nihil inter animalia
Brutta, et homines differt nisi quod illa cuncta,
quæ placent eorum nutu atque libidine: ij verò

nero ratione, temperamento arbitrij, et nec Virtu:
tis premij inmortalitatisq: consequende gratia
nnanqa propter statuta ipsa omnia et singula
tamquam bene, sancte, ac laudabiliter instituta
laudamus, approbamus, auctorizamus, et auctoritate
nostra Regtoria, ut iacet ad litteram per Nos, et
successores nostros confirmamus: mandantes tenore
presentium omnibus, et singulis adquos spectat,
uel modo aliquo spectare poterit in futurum
tam presentibus, quam futuris quatenus ea
observent, et faciant in futurum inuiolabiliter
observari salvo tamen semper arbitrio prelibato
ill.mo D. N. addendi, minuendi, corrigendi, et pro
libero celsitudinis sue interpretandi, et etiam salvo
arbitrio prefate fidelissime Universitatis, atque
collegij, ac eorum quodlibet mutandi, et alia
uero melsiora faciendi si opus fuerit pro ut meli:
us, et conuenientius ei uisum fuerit, que ap=
probata, et auctorizata ut supra exequantur,
et observentur, ac exequi debeant, et observari
ut ultra in quorum fidem has fieri iussimus,
et solito nostro sancti Marci sigillo in pntis
saymbaco muniri. Datum Utini die XX Julij
1454. pntibus Egregijs pro Jacobo de Peruto: et
& Bastiano de Tomassijs Ciuibus Utinei & Iachinto

q.m Dominici de Venetijs, ac Marco Albanese, et Baldassare de montorlaro commilitonibus prefati Mag.ci D. L.tis &c. testibus rogatis

Rainaldus Zaccardus Iustinopolitanus cancellarius mandato Mag.ce

Ioannes Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus, et sapientibus Viris Hyeronimo Contareno de suo mandato Locumtenenti Patrie Foriulij et successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. Comparens ad presentiam nostri Dnij Franciscus de Maniaco Notarius, et Ciuis Utini, et nuntius Notariorum istius Ciuitatis supplicauit quod matriculam suam cum statutis, et capitulis in ea contentis confirmare dignaremur. Nos uero annuentes supplicationibus Notariorum predictorum matriculam ipsam cum capitulis, et ordinibus in ea contentis laudauimus approbauimus et confirmauimus, et tenore presentium laudamus approbamus, et confirmamus ad beneplacitum Dnij nri uolentes, et uobis Mandantes ut ipsa obseruetis et penitus exequamini et obseruari, et exequi facere debeatis has autem ad futurorum memoriam registrari facere, et presentanti restituite.

Data in nro Ducali Pal.tio die 26 9bris Ind. 3.a 1484

UINE

Nobilibus, et sapientibus Viris Gieronimo Contareno Locumtenenti Patriæ Foriulij, et successoribus suis. 5

P.te die XXVII Nouembris 1456

Registrate in libro. j. ad cartas. 73. sub Mag.co Dno. Thoma Lippomano Patriæ Foriulij Locumtenente.

I

Leonardus Lauredanus Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus, et sapientibus Viris Andreæ Triuisano equiti de suo mandato Locumtenenti, et Prouisori nro generali Patriæ Foriulij, et successoribus suis salutem, et dilectionis affectum. Comparse alla presenza nostra Matteo Clapice Nuntio del Collegio de Nodari di quella Nostra Terra, ne hà fatto intendere, che essendo sta altre uolte concessili certi capitoli con el Consiglio nro de Pregadi, e poi etiam con el Collegio nostro scritto per debita obseruation di quelli; [illegible] par che ora se cerchi per el Nob: Ho: Andrea Contarini come quello, che hà per gratia la Cancellaria di quella Terra di contrauenir et infringer ditti capitoli. Noi, che intendemo douer esser obseruato ad unguem quanto è stà concesso à detti fedelissimi nostri, ue commandamo, che obseruar, e far obseruarli debbiate essi capitoli si come se conuiene non lassando innouare cosa alcuna contra la forma de quelli. il che

tamen siamo certi haueressi fatto senza la presente nostra essendo noi diligentissimo essecutor delli mandati nostri. has autem nostras registratas presentanti restituatur.

Datum in nostro Ducali Pallatio die quarto Februarij indictione XV. MDXI

Pars Sp: Collegij Notariorum Utinensium.

Quoniam omnia magna negotia siue publica, siue priuata notari solent, et in scripturis redigi, per Notarios, qui si sunt ignorantes, plerumque committuntur magni errores cum magno damno, et detrimento tam publico tam priuato, ideo prouidendum est, ut omnes habeant causam studendi, et addiscendi ut sint sufficientes in arte, et practica Notarie, ne quilibet habeat spem intrandi in Collegium nostrum nisi fuerit sufficiens; propterea necessarium uidetur statuendum, et ordinandum, ut numerus Notariorum Collegij nostri sit certus, et determinatus ad hoc quod quilibet urgeatur ad reddendum se sufficientem, ut pluribus concurrentibus, sufficientior admitti possit, et debeat in dictum Collegium nostrum; nam si omnibus janua pateret tam sufficientes, quam insufficientes admitti sperarent, et consequenter negligentes efficerent ad redeundum

se sufficientes, et ideo statuimus, et ordinamus quod numerus Notariorum Collegij nostri non possit excedere quadraginta Notarios, qui in effectu sunt sufficientes sine dubio ad scribendum omnia acta iudiciaria instrumenta contrahentium, et ultimas voluntates, et quecunque alia acta occurrentia in Terra Utini: sicut etiam aliae civitates subditae Serenissimo Dnio nro habent tales ordines &c.

Confirmata fuit pars suprascripta per clarissimum D. Locumtenentem, et Ass.m Convocationem Terrae Utini Die ... Novembris 1509. et prout in actis circumspecti D. Ioannis Francisci Filippini Notarij, et Cancellarij huius Magnificae Communitatis Utini ad beneplacitum scilicet praefatae Communitatis.

5317

4

2.34

1513. 24 aprile

Udine

Il Consiglio della Città riforma il Governo di questa

Cod. memb. A. 1513

Fondo Municipale

2,3

27

2,3

29

IN CHRISTI NOMINE AMEN

Anno Natiuitatis eiusdem dni Millesimoquingen
tesimo Tertiodecimo Inditione prima Die dominico
Vigesimoquarto mensis Aprilis. Actum Vtini
In camino Palatij comunis in pleno consilio Terre Vtini Con
gregato ad sonum campane. Coram Mag. & Clariss.
Equite D. Andrea Triuisano pro Serenis. & Excell.
Du. Do. nro Venetiarum et c. patrie Foriiulij Locumte
nente dignissimo & Prouisore Generali. In quo
quidem Consilio interfuerunt Spec. Nobiles et prude
tes uiri Consiliarij infrascripti. [illegible] Mag. D. Joannes
franciscus Diedo, Tesaurarius patrie. D. Antonius Rali
Vicarius prelibati Claris. D. Locumtenentis. Dominus
Nicolaus Guliola doc. surrogatus loco D. Jacobi Florij doc
absentis. D. Joannesfranciscus de sbroyauacha doc. Ser An
tonius de brazacho. Ser hieronymus de Thealdis. Ser Daniel
de Andreottis et magr Nicolaus del neuo, hij sex hon
Deputati. D. Nicolausioannes de Casalibus cortone doc.
D. Bernardinus bertolla doc. D. Odoricus a Merulis doc
D. Andreas de belgrado doc. D. Roduiphus de melsis
doc. D. Leonardus quberti phisicus. D. Gregorius et D.
Hieronymus Amasei fratres doctores. D. Henricus de Va-
lentinis doc. D. Hieronymus sanctoninus doc. D. Bertra
dus Hectoris doc. D. Bartholomeus de Maniaco doc.
D. Vincentius de honestis doc. Ser Andreas de monticulis
Ser Martinus de Valentinis. Ser Jacobus de Caualcantibus.
Ser Corbellus de corbellis. Ser Sebastianus de Montegnaco.

S. Joannesbaptista de candidis. S. Franciscus columbattus. S. Pa-
thaleon de Sauorgnano. S. Antonius de maninis. S. Petrus de
arcoloneanis. S. Joannes S. freschi. S. andreas de brazacho
S. Nicolaus sbrugli. S. Jacobus de Maninis S. Christopho-
rus de susanna. S. Angelus de fontebono. S. Jacobus de
Raynerottis. S. Christophorus de Strasoldo. S. Hieronymus
de pertistagno. S. Octauianus de arcoloneanis. S. Francis-
cus de maniaco notarius. S. Bernardinus de quadruuio.
S. Bartholomeus mastinus notarius S. Hieronymus Raymu-
dus S. Paulus del torso. S. Hieronymus D. Sophie. S. Ni-
colaus de Toppo. S. Rubertus de latisana notarius. S. Ni-
colaus a fornace notarius. S. Cabriel de Paona. S. Guarie-
tus de percoto. S. Jacobus clapici notarius. S. andreas de
vialtis S. Antonius belonus notarius. S. Hieronymus D.
gratie S. Baptista rouori. S. Joannes moysi. S. Federicus de
Sauorgnano. S. andreas adde notarius. S. Franciscus del
Torso. S. Nicolaus taureanus. S. Hieronymus de pictoribus
S. Joannes guberti. S. Radus comestabilis porte Cusignaci.
S. Zuanninus paulitti. Magr Jacobus eius frater. Magister
Bertrandus miliane. Daniel rogliane. Candidus iuste.
magr Jacobus de auraua. S. Petrus de mellis. & S. He-
rasmus de Herasmis, hij duo procuratores comunis Utini.
& alij Consiliarij ad numerum Centumtres: facientes et
representantes totum Consilium & uniuersitatem Ciui-
tatis Utini,

IN quo quidem Consilio Claris. D. Locuntenens Antescriptus Elleganti oratione, ac melifluo sermone Dixit. Q. si toto tempore Magistratus sui, ob singularem amorem et ingentem affectionem quam habet erga hanc fidelissimam Comunitatem Utini, usus fuit omni studio, solicitudine, uigilantia, et diligentia, ad omnia & singula concernentia decus, utilitatem & ornamentum ipsius ciuitatis: & precipue ad illa que spectant et pertinent ad bonam et rectam gubernationem illius. Nunc maxime in fine foelicis regiminis & magistratus eiusdem: bonam mentem ac bonum animum et uoluntatem suam ad utilia ipsius Ciuitatis et comunitatis ostendere nixus est. Participato namque consilio et opinione sua cum Spec. dominis Deputatis, ac cum pluribus alijs egregijs ciuibus huius ciuitatis circa reformationem et correctionem & capitulorum editorum et formatorum super bona gubernatione ipsius ciuitatis/ et specialiter ac potissimum circa Ellectionem dnorum septem Deputatorum & Trium de Additione siue de la Zonta. de cetero in futurum faciendam. Habito superinde maturo consilio ac bona consideratione. Statuta et capitula predicta, Ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, eiusque gloriose matris uirginis benedicte, ac Serenis. Du. Do. nri Venetiarum, & ad bonam gubernationem huius ciuitatis, per prelibatum Mag. D. Locuntenentem ac Spec. Dominos Deputatos, ac alios Ciues ad hec uocatos De comuni omnium consensu et uoluntate Facta et refor.

mata fuerunt. Et eisdem additum, ut in ipsis Statutis & capitulis seriatim et diffusius continetur. Et propterea prelibatus Clariss. D. Locuntenens quadam paterna charitate, et imenso amore, omnes de dicto consilio plurimum hortatus est, ut depositis et semotis odijs, rancoribus ac inimicitijs & passionibus quibuscunque, uelint se mutuo et fraterno amore complecti, & se inuicem tueri et fouere: Ac ad comune et uniuersale bonum huius Ciuitatis unanimiter et concorditer conspirare. Et statuta ac Capitula predicta, que ad uniuersale bonum decus et ornamentum ipsius ciuitatis facta et reformata sunt: & que in presenti Consilio ad omnium noticiam et intelligentiam legentur, et publicabuntur per omnia Suffragia confirmare et approbare uelint. Deinde Sp. legum doc. D. Nicolaus Guliola unus ex antedictis Dominis Deputatis, surrogatus ut supra. De mandato prelibati Cl.mi D. Locuntenentis, et cum uoluntate aliorum dominorum Deputatorum.. Statuta et capitula predicta Vulgari ac alto et intelligibili sermone sigillatim legit et publicauit, Et sunt tenoris infranotati,

QVE quidem Statuta et Capitula ad bussulos et ballottas facta trina diuersa ballotatione de eisdem statutis et capitulis per duas ballotationes per Nonagintaocto suffragia et contra quinque; & per Tertiam ballotationem per nonagintanoue suffragia et con quatuor, tamquam iusta et sancta per ipsum consilium cofirmata et approbata fuerunt,

Hec sunt Constitutiones & Reformationes edite per Sp. Consilium Mag. Comunitatis Vtinen Sub regimine Mag et Clariss Equitis dni andree Triuisani Locuntenentis 7 Prouisoris patrie Forijulij dignissimi : In . 1513 . xxiiij . mensis aprilis . circa statum et Gubernium huius Ciuitatis Vtinen

Reformatio circa Consilium dicte Ciuitatis

1 Primo quod omnes illi qui de cetero creabuntur de consilio dicte Magn. Comunitatis debeant esse ueri ciues & continui habitatores cum sua familia predicte ciuitatis utini per annos ad minus quinque qui faciant omnes Impositiones et subeant onera dicte Ciuitatis, siue sint nobiles siue populares : Et habeat quilibet eorum etatem annorum ad minus . xx . Elligantur que secundum antiquissimas consuetudines per Consilium dicte Ciuitatis ad bussulos et ballottas modo infrascripto / Et quibus remaneant consiliarij Et numero Ciuium ad summam Centum et quinquaginta . Et popularium ad numerum octuoginta . Ita quod totum ipsum consilium resideat in personis tam ciuium quam popularium ad numerum ducentorum trigin ta quod in consilium congregari aut conuocari nequeat

sine licentia & Interuentu Mag. 7 Clariss. domini locu
tenentis pro tempore Existentis.

2 Declarantes q in numero popularium computentur duo De
putati populares Unus nouus et unus uetus. Item omnes
illi qui erant descripti & reperiunt uiuere in Consilio ue
teri. Et q omnes consiliarij ueteres et noui describantur
et remaneant descripti In libro Mag. comunitatis secundum
ordinem & Gradum condictionis sue. Et q omnes illi
qui erant antiquitus de Consilio et reperiunt uiui ut sup
remaneant ipo iure de Consilio: et addantur noui consili
arij usq ad numerum predictum Ciuium Centumquinquagin
ta. Et artificum ac popularium octuaginta: Modo & for
ma de quibus intra

3 Quod Suffragandi loco Consiliariorum demortuorum et etiam ex
trahendorum de numero ciuium et popularium Imbussulentur
ad numerum Triginta ciuium, & et artifices Triginta: Et
Extrahantur per Mag. d. Locuntenentem, et eo ordine q°
fuerint Extracti, eo ordine ballotentur In consilio. & si re
portauerint dimidiam suffragiorum remaneant pro consilia
rijs; illius anni loco defunctorum consiliariorum et extractorum ut sup
usq ad numerum perfectum: et Imbussulentur plus et minus
secundum capita defitientium.

Q Ex numero ciuium electorum in Consiliarios quolibet anno extrahantur ciues triginta computatis mortuis aut aliter ex numero ciuium deficientibus, et pariformiter quindecim ex popularibus. qui tamen omnes tam ciues q̄ populares sint ætatis annorum Triginta et infra: Imbussulandi et per sortem extrahendi ex bussulo per Mag. D. locuntenentem. et loco extractorum suffragentur alij totidem respectiue tam ex numero ciuium q̄ popularium. Ita tamen q nec ciues nec populares excedant in nominando numerum statutum ciuiū & popularium ut sup. hoc ordine. Q eatur ad capellū et extrahentes ballottas aureas possint nominare / secrete tamen / penes cancellarium comunitatis quem uoluerint in consiliarium tam ciuem q̄ popularem et e conuerso. Et nominati ac suffragandi ut supra loco demortuorum et deficientium utriusq ordinis / Eo ordine ballotentur in Consilio quo fuerint extracti: Et si reportauerint dimidiam suffragiorum consilij remaneant pro consiliarijs illius anni / usq ad numerum supradictum. 4

Q omnes & singule Determinationes dicti Consilij ordinarij fieri debeant ad bussulos et ballottas / et non aliter. Adeo q quicquid factum esset per tale Consilium aut aliquam quis publicam congregationem Mag. Comunitatis Urini que non excesserit saltem dimidiam partem interuenientiū in dicto consilio et congregatione sit ipso iure nullius roboris 5

et momenti: & habeatur perinde ac si nunquam facta fuisset.

6 QDe cetero non Intelligatur Consilium esse integrum et perfectum. Nisi in eo interuenerit & reducti fuerint ad minus Centum consiliarij.. Iuxta partem alias factam in Arengo: Et quicqd determinatum fuerit per Consilium minoris numeri sit nullius roboris & momenti.

7 QDe numero Ciuium Vtinensium tam Nobilium q̃ popularium nullus de cetero possit creari, nec poni ordinarius uel Extraordinarius de predicto consilio: nisi antea habitauerit loco et foco in dicta Ciuitate Vtini taq̃ uicinus cum tota familia sua saltem per annos quinque. Nisi aliter fuerit secum per prefatum Consilium dispensatum: Dando semper Idoneam fideiussionem standi & habitandi in ipsa ciuitate & subeundi onera: ad minus de ducatis quinquaginta si fuerint Ciues aut nobiles. & populares de Ducatis uigintiquinque.

8 CEterum pro conseruatione Amoris & unionis huius ciuitatis Vtinensis. Mag. & Clariss. D. locuntenens et Prouisor suprascriptus Proposuit q circa electionem Deputatorum ipsius Ciuitatis, et illorum de la Zonta Conuocationis dicte ciuitatis, Seruet modus infrascriptus. Vz.

iuxta solitum congregetur Consilium huius ciuitatis. Et quotquot in eo intercesserint et affuerint consiliarij Tonde eiusdem qualitatis et magnitudinis imponantur ballotte ar gentee in uno capello. Inter quas imponantur etiam ballotte Trigintasex auree: quarum sex sint signate cum littera. D. Decem et octo cum littera. C. Duodecim uero cum littera P. Ita q in totum tot sint ballotte Auree & Argentee quot affuerint consiliarij computato Mag. D. Locuntenente et Dnis Deputatis Et q in primis Mag D Locuntenens 7 septem domini Deputati per ordinem Extrahant de Ca pello unam ballottam. Et deinde ceteri per ordinem eant ad capellum: et quibus obuenerit ballotta argentea non signata / Non habeat facultatem nominandi aliquem. Hij uero quibus per sortem contigerit habere ballottam auream signatam littera D possint et ualeant nominare in Depu tatum unum Doctorem quem uoluerit. & quibus obti gerit ballotta Aurea signata littera. C. nominare possint etiam unum ciuem quem uoluerint pro quolibet. hij uo quibus contigerit extrahere ballottas aureas signatas lra P. si ultra. P. lram dicta ballotta habebit desuper crucem possit nominare in Deputatum unum popularem habitante in burgis huius Terre. Illi uo quibus obtigerit lra. P sine cruce / possint nominare unum Ex popularibus de corpore Ciuitatis in deputatum. Nominatio autem hu iusmodi, et etiam illorum de la Zonta fiat secrete penes

cancellarium ut supra & primo loco ballotentur sex doctores nominati: et duo ex eis qui reportauerint plura suffragia in dicto Consilio dum in excedant dimidium remaneant pro illis sex mensibus deputati. Postea uero ballotentur successiuo ordine decem et octo ciues 7 quatuor ex eis qui habuerint plura suffragia et excesserint dimidiam consilij remaneant pro deputatis ut supra. Deinceps ballotentur Illi xv. populares nominati ut supra: et ille qui reportauerit plura Suffragia excedentia dimidium consilij ut sup remaneat pro deputato illius mutę siue sit de corpore ciuitatis siue de burgis

9 DEclarando quod per neminem de suprascriptis nec infrascriptis nominari possit persona que non sit de corpore ciuitatis nre. consilij

10 ET pariformiter ponantur alię nouem ballottę intra prefatum totum numerum ballottarum signatę lra. Z. & quibus obuenerint prefatę ballottę nominare possint nouem de Zonta siue Additamento conuocationis et ballotari debeant ut supra. & qui reportauerint plura Suffragia excedentia tamen dimidiam partem Consiliariorum remaneant pro illis de la Zonta.

11 CEterum pro condimento omnium suprascriptorum, et ut euitetur omnis fraus & suspitio Omnes nominandi ut supra in deputatos et in illos de la Zonta siue Additamento

describantur per Cancellarium in boletinis: et postea ponantur in capellum omnes comixti: & ex eo extrahantur per Mag. D. locuntenentem per sortem: et eo ordine q° fuerint extracti, eo ordine et modo ballottentur.

12 Quod de cetero in singula muta Dominorum Deputatorum creari debeant duo Doctores huius ciuitatis consiliarij ut supra.



Q Ego Joannes franciscus q. Sp.lis Legum Doctoris Dni Francisci de philettinis de Utino Notarius publicus & Cois Utini Canc.s antescriptorum Statutorum Capitulorum et ordinum publicationi & Confirmationi interfui, & illa in p.nti volumine p alium mihi fidum ex uero & autentico Libro Determinationum Mag.ce Coitatis Utini fideliter scribi & exemplari feci. In quorum fidem me subscripsi Signo & noie meis positis Consuetis.

Q Ego Matheus filius q. eiusdem tabellionis ser Jacobi cla piti utinensis ciuis, publicus Imperiali auctoritate notarius ac Magnifice communitatis cancellarius, et collega supradicti domini Joannis francisci In antescriptorum statutorum, Capitulorum et ordinum publicationi, et confirmationi Interfui. et illa In p.nti uolumine per alium mihi fidum ex uero, et autentico libro ipsius Magnifice communitatis Utini scribi et exemplari feci. In quorum fidem me subscripsi signo nomineque meis appositis consuetis

Vide Ducales die 18 Junij 1513 in libro nuncupato Privilegiorum fol. 85, quibus approbantur statuta et reformationes similes.

Leonardus Lauredanus Dei gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus, et Sapientibus Viris Iacobo Baduario de suo Mandato Locumtenenti Patrie Fori Iulij, et Successoribus suis Fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. Approbamus et confirmamus novas Reformationes Statutorum, Capitulorum, et Ordinum factorum sub Regimine Viri Nobilis Andree Trevisani Equitis proximi Precessoris vestri. Dat. in Nro Ducali Pal.o die 18. Junij Ind.e 1.ma 1513.

Leonardus Lauredanus Dei gratia Dux Venetiarum
etc. Nobilibus et sapientibus viris Jacobo
Cornellio de suo Mandato locumtenenti patrie
Foriiulij et successoribus suis fidelibus
dilectis salutem et dilectionis affectum
fecimus responsum per consilium nostrum decem
et additionis uni ex capitulis dominio
nostro porrectis per egregios et fideles
oratores istius fidelissime civitatis nostre
Utini ut infra videlicet et primo quod eius sublimitati commendetis exactam observationem
privilegiorum statutorum et antiquarum
consuetudinum civitatis nostre sicut hacte
nus observavit inviolabiter licet super
fluam arbitretur hec civitas commendatio
nem huiusmodi penes eius excellentiam que
hoc precipuum ac peculiare semper habuit
et que ex eius summa clementia et beni
gnitate in numeris hanc suam caram
civitatem et fovit et amplexata est
Respondeatur quod dominium nostrum
habuit et habet habebitque semper com
mendatam observantiam privilegiorum
statutorum et antiquarum consuetudinum
illius civitatis sic exigente fide sin
gulari illius erga nos remanente in
firma deliberatione huius consilij facta
die 16. instantis circa elleciones faciendas
ad bussulos et ballottas etc. quam
volumus inviolabiter servari quare
auctoritate istius consilij mandamus
vobis ut responsionem nostram istam
et suprascripti consilij nostri X cum ad
ditionis observetis faciatisque ab

omnibus inviolabiliter servari. Has autem nostras
ad futurorum memoriam in actis Cancellarie nostre
registrari facere et registratas presentanti iubere
restitui

Datum in nostro ducali Pallatio die xxi febr
Indictione 5ta M°. D°. XVImo.

a tergo) Nobilibus et sapientibus viris Jac°.
iunellio locumtenenti et famulis
et successoribus suis

Rta 3. maij 1517

Et ego Mattheus clapiceus ...
... predictas
ducales litteras decrevimus ...
... fideliter
... ex vero et autentico ori-
ginali ... Fidem me sub-
scripsi signo nomineque meis
appositis consuetis die 2
aprilis 1532

II.14. Due Deliberationi
Consiliarie nota=
bili et Lareatz (?)
con novi Deputati

BIBLIOTECA COMUNALE
VINCENZO JOPPI
UDINE
№ 888/5

5

Statuta
Collegii Notariorum Utini.

A.

Archiuistæ Offum stat: 1, et infra vide Capsarius

Aniuersarium facien. de mense Nov.s monitis prius triduo ante Notarijs
utriusque ordinis, ut interesse debeant stat: 6

Affinis in causis non scribant Notarij stat: 28.

Archiuij Presidentis onus, et Offum stat: 45.

B.

Ballotationes Notariorum assumendorum ad Collium, quomodo procedere
debeant stat: 7.

C

Consiliariorum Offum, et dignitas stat: 1, et 3°

Contradictorum Offum stat 1, et 22.

Capsarij Offum stat 1, 19, 20, 21, 22, 23, et 47

Calculatorum Offum, stat: 1.

Cancellarij Offum stat: 24

Contumaces ad ipsa Officia non assumantur, stat: 2

Consiliarij, absente Priore, caveant Missam Primæ Dominicæ mensis celebrari
facere stat: 4.

Capsarij Offum celebrari faciat Missas decem pro quolibet Notario defuncto
tempore sui obitus stat: 6.

Collegium extraordinarie congregari non possit, nisi ut stat: ιζ

Calices, Patenæ, et alia sacra consignent R.do Capellano stat: ιη.

Capsarius exigat penas, et condemnationes à Notarijs transgressoribus, de quibus multati sunt per statuta stat: ιθ.

Capsarius ipse per se, et per ejus Domesticos, familiares, siue Notarios, et non per alios distribuet Notarijs folia mandatorum, et citationum stat: κ.

Compartitio inter Notarios facienda stat: κ

Capsarij reddant rationem de exactis, et computa recitentur ab eo in pleno Coll.o, et de ejusdem salario decr.o stat: κα

Capsarij autem recusantes præmissa exequi, in quas penas incurrunt stat: κβ

Contradictores sub vinculo juramenti præmissa exequi faciant stat: κβ

Cereorum in die Purificat.s Imaculatæ Dei Genitricis M. distributio fiat à Capsario, ut stat: κγ.

Conservatores legum Collegij, quorum offitium est videre libros, et Acta Canc.riæ Prætoriæ, inventar: scripta, quæ ad Collegium spectant, requirere D. Canc.m, ut exequi vellit Decreta Ser.mi Dominij stat: κς.

Citationis, Contradict.s, et edictorum Not.s scribere debeat in causa inde pendenti, et ut stat: κθ; et quæ seq.

Coadiutores ad perscribenda Acta substituere non possint Notarij,

nec

nec claves Archivij Coadiutoribus exhibere stat: 44.

Consiliarij visitent Archivium, et videant si Hebdomadarij functi sunt
Officio suo, iuxta stat: 42. 43. 44. 45.

Cancellarius describat sub alijs Statutis eosdem form: term: facien: per
Collegium, legen: cum alijs stat: 49, et 1659. 6. Iulij.

Citationes contra omnes, et singulos non facien: 1647. prima sept:

D.

Defuncti Notarij pro Anima semel debent alij recitare 7 Psal: cum lit:, et
Precibus sequentibus stat: 6

In die obitus Capsarius celebrari faciat super Altari Priuil:o Missas 2
pro Defunctis, et in die sequenti Missas 8 in Ecclesia S. Mariæ
Magdalenæ stat: 6.

Debitores Collegij non habeant partem in Divisione, neq: in Compartitione,
sed inter alios divid: stat: 27.

E

Examinatores Notariorum Duodenariorum stat: 9

exclusi propter affinitatem in ballotationibus, quibus non licet dari suf=
fragium stat: 14.

excluduntur, et à Capello omnes de familia, excluduntur etiam,
qui con eos erit aliquid tractan:, et ipsi cum eis sunt exclusi,
ut supra stat: 14.

Examinatores V. A., et eorum Offitium stat: 47.

F

Folia Mandatorum, sequestrorum, contradictionum, et citationum nullus subscribere audeat, nisi Prior, vel eo absente, siue ægrotante per aliquem ex consiliarijs, stat XI, subscribantur.

Fides non fiat noïe Collegij, nisi in Collegio legitime congregato saltem ad $\frac{3}{2}$ coll:°, et non sit capta, nisi vicerit duo tertia suffrag:ᵐ congreg:ⁿ stat: 38.

H.

Horarum 40. Precibus adesse debeant Notarij utriusque ordinis stat: 26, et 1659, 4, Maij

Hebdomadarij Notarij ad scribend. in Prot:° sortito deputentur stat: 42 et libri ad hoc sumptibus Collegij coemantur, in quibus scribant eorum Notas, et permaneant in Archiuio cum Filijs stat: 43, 44.

Hebdomadarij, unus quorum quotidie de mane, et post prandium sit in Archiuio horis debitis pro exigentijs Personarum stat: 45

Hebdomadarij non exportent libros extra Archiuium 1653: 7. sept:ris.

Hebdomadarij, et eorum Officium 1658. 3 Martij.

I

Innobedientes Terminationib. Collegij, siue Prioris, et Consiliariorum Mandatis stat 16

Inuentariū

Inventarium, et consignatio scripturarum fiant à Priore Successori suo stat: 17.

L.

Libri, in quibus scribere solent Notarij Hebdomadarij acta, in Archivio permaneant, et conserventur cum filcijs productorum stat: 43.

M.

Missa in singula prima Dom:ca Mensis celebran. stat: 4.

Missę celebran. tempore obitus cujuslibet Notarij stat: 6.

Missa autem solemnis cum alijs 20; et cum vigilijs celebran. de Mense Novem:bris pro Defunctis Notarijs stat: 6.

Mensualis Computatio quomodo fiat stat: 20.

N.

Notarij pauperum stat: 1.

Notarij pauperes infirmi stat: 6

Notarij supradicti Defuncti sepeliendi; stat: 6

Notarij in die obitus, sive Depositionis alicujus Notarij semel dicere tene=antur septem Psalmos Penitentiales cum Litanijs, et Precibus sequentibus pro Anima ipsius Notarij Defuncti stat: 6.

Notarij quomodo assumendi ad Collegium stat: 7.

Notarij Duodenarij ibidem

Notarij ipsi assumpti examinentur antequam ibidem

Notarij assumpti quid teneantur solvere stat: 7.

Notarij ad Collegium assumendi sint legitime nati, et habitatores Utini, uel facti Ciues, et quomodo balottari debeant stat: 8.

Notarij assumpti quomodo examinari debeant stat: 9.

Notarij Duodenarij non scribant coram Illmo, et Ecc:^mo Locum:^te, uel Ecc:^mo eius Vicario, nisi prius biennium peregerit stat: 10.

Notarij offerant eorum scripturas semel in anno in pleno Collegio stat: 15.

Notarij sedeant in Iudicio per ordinem secundum eorum institutionem stat: 20.

Notarij nullo modo parisci possint stat: 21.

Notarij, qui non sunt de Collegio, siue de Matricula Collegij non possunt scribere in hac Ciuitate sub pena &c. stat: 22.

Notarij utriusque ordinis non audeant scribere in Cance:^ria Pret:^a, ut coadiutores 23.

Notarius nemo possit de suis Notis disponere alicui, nisi Notarijs de Matricula Collegij, et ut stat: 25.

Notarius, cui se absentare ~~[illegible]~~ contigerit per aliquod tempus, consignet suas Notas alicui ex Not. Coll:^o stat: 26.

Notariorum demortuorum scripta, et absen: notari debeant in libro parti: ulari permanen: in Archivio, ubi, et penes quem reperiuntur stat: 28.

Notarij deputandi per Collegium ad scribendum in Visitatione Regionis stat: 29.

Notarij quatuor Quadragenarij deputandi per Collegium scribant Relationes de non conductis Lignoribus ad Cameram &c. stat: 40.

Notarij suprascripti teneantur reponere emolumentum ex dictis relationibus percipien: in manus Capsarij, ut diuidatur &c. stat: 41.

BIBLIOTECA CIVICA UDINE

Notarius nullus

Notarius nullus possit actus, et alias Notas ad causas pertinentes, in quibus scripst. coram Proc.te in alio libro conscribere, quod in libris Archivij stat: 44.

Notarij Hebdomadarij, unus quorum quotidie de mane, et post prandium sit in Archivio horis debitis stat: 45

Notarij utriusque ordinis in die S. Thomæ Præsidentibus Collegij ostendere teneantur eorum Codices tum civilium, tum etiam Instrumentorum, ut sanctiones ejusdem Collegij exequantur stat: 15, et stat: 49.

Notarij examinatores V. A. stat: 48.

O

Officia Colli: non repudiantur stat: 2.

Ordo servandus inter Notarios stat: 3.

P.

Prioris electio stat: 1

Prioris dignitas stat: 3.

Prior curet celebrari facere primæ Dom:cæ Mensis Missam stat: 4

Prior non possit convocare Collegium sine partecipatione Consiliariorum, nec expendere pecunias absque bulletto subscripto per Consiliarios stat: 5.

Prior, Consiliarij, et Syndici possunt erogare de pecunijs Collegij usque ad summam lib: 6 stat: 5

Prior, Consiliarij, et Syndici tenentur perscrutari scripturas Notariorum, et referre Collegio prima Dominica Decem:bris stat: 15

Prior, Consiliarij, et Sindici habeant onus videndi scripturas Notariorum si neglexerint, tenentur ad pœnas lib: 25 stat: 15.

Prior tenetur legi facere tempore sui Prioratus semel statuta stat: 18; 48

Prior consignet Successori ~~sp~~ scripturas custodien: in Scrinio stat: 17

Prior curet de rebus sacris consignan Capell.° stat: 17.

Prior, Consiliarij, et Sindici, si aliqua rixa, vel discordia orietur inter aliquos ex Notarijs Coll: tenentur ipsos invicem pacificare, vel in Collegio manifestare stat: 34.

R.

Res sacræ consignentur R.do Capellano stat: 17

Renghâ ascendat, qui aliquid in Cons: pertractare habet stat: 13

Relationes Innobedientiarum, et emolumentorum Coll: stat: 40. 41.

S.

Sindici Officium, et dignitas stat: 1. 13

Statuta semel ad minus Prior tenetur legi facere in Collegio congregato stat: 18.

T.

Terminationes Collegij facien: reducantur in formas statuti describen: et legen: per Canc: una cum alijs stat: 48.

V.

Vacchettarij quattuor stat: 40. 41.

Exordium.

Multa statuta, atque Decreta olim à Majoribus Nris, multa item à Patribus, et non nulla etiam Nrâ memoria condita in hoc Collegio fuerunt; ut quemadmodum in omni Civili societate fieri solet, ita in hoc Notariorum cœtu omnia, quæ in eo agenda essent, non pro cujusque arbitrio, et cupiditate, sed ad certam quamdam præfinitamque normam, et regulam dirigerentur; Atque ut id facilius sequeretur, illud imprimis statuto, usuque receptum est, ut in ipsa prima admissione ad scribendum quilibet Notarius sanctè promitteret se à præscripto earum legum, quæ essent, quæque in futurum à Collegio sancirentur, nullo usquam tempore esse deflexurum: neque iniuria id quidem; quod enim à Lege, et ordine distat, ut Divinus ille Plato ait, longissime à ratione distat: et qui legibus servit Deo ipsi servire videtur. Cæterum cum prædictæ leges nostræ partim vi temporis antiquatæ, partim per posteriores Constitutiones sublatæ fuerint, partim vero, et quidem majori ex parte, sparsim in libris Collegij descriptæ reperiantur; factum est, ut omnes in magna ipsarum legum ignoratione, tanquam in tenebris versantes, sæpe numero in periurium fuerint collapsi. Quapropter prudens consilium hujus Collegij fuit, cum superioribus annis Decretum in eo factum est, primo ut de

preteritis transgressionibus à R.mo Antistite absolutio peteretur: Deinde, ne iterum, et saepe in eamdem relaberemur errorem, quatuor Viri deligerentur, qui diligenter curarent, ut statuta omnia ad unam conformationem, atque in una serie, facilemque ordine redigerentur. Nam quid indignius esse potest, quam ea ignorare, quae maxime sciri debent? quid vero perniciosius, quam ea negligere, ad quae observanda tu, te ipse sacramento devinxeris? Cum igitur quatuor Viri antedicti viderint jam, et tum separatim quisque per se, tum vero conjunctim omnes pervpensis, consideratisque legibus, et statutis ipsis delatum sibi munus expleverint, atque ea omnia accurate digesta, quoad ejus fieri potuit in pauca verba, capitula perstrinxerint, operaeque pretium est, ut ne diutius desiderium collegij frustratum relinquatur; jam tandem extrema huic negotio manus imponatur. Illud autem monitos omnes esse decet in hac statutorum digestione nihil eorum immutatum, aut innovatum fuisse, in quibus gravis Ser.mi Principis, vel etiam Mag.ci Consilij hujus Civitatis authoritas intercessent: imo vero ipsam statutorum dispositionem ad eorum mentem studiose concinatam fuisse. Itircò Nos Prior, Consiliarij, et Sindici, qui statuta antedicta unicuique presto esse possint, et deinceps ab omnibus, qui nunc sunt, quique erunt posthac Collegij Nostri Notarijs firmiter observentur.

Iesu

Iesu Christi Domini, et Dei Nri, eiusque Beatiss.me Matris Mariæ semper Virginis, atque Divi Ioannis Evangelistæ Protectoris Nri Nominibus invocatis proponendum duximus, atque proponimus. Ut ordinatio Legum, statutorumque Nostrorum, ut præmissum est, facta, et ad hunc, qui sequitur modum in unum codicem relata cum omnibus, et singulis in quolibet capite expressis, et declaratis, authoritate hujus Consilii laudetur, et approbetur. Quæ pars capta fuit omnibus suffragiis.

j. Quod singulo quoque anno in die festo S. Ioannis Evangelistæ in loco ad id comparato in Ædibus Archivii Publici congregari debeat Collegium Notariorum Civitatis Utini, et ibidem de communi voluntate omnium, seu majoris partis debeat eligi, et deputari unus Prior, qui præsit Collegio, illudque regat, et gubernet; nec non duo Consiliarii, qui in omnibus, de quibus à Priore fuerint requisiti debeant sibi pro ipsius Collegii negotiis opportunis juxta eorum conscientiam bene, et fideliter consilia præbere. Item creari debeant duo Syndici totam ipsam universitatem repræsentantes, qui procurare debeant negotia, et causas dicti Collegii tam in judicio, quam extra: hoc declarato, quod Syndicus majoris ætatis præcedat juniorem in sessione apud Ecc.mum Dnum Vicarium. Item duo Contradictores, qui in Collegio eandem habeant authoritatem

quæ in Consilijs hujus Civitatis habent Contradictores communis.
Item unus capsarius, et receptor omnium pecuniarum ad Collegium
ipsum pertinentium. Item duo Calculatores, qui videant computa
capsarij, et ad Collegium referrant, nec non quatuor Notarij, qui tam
coram Ill.mo D.no Locum.te, et ejus exmo D.no Vicario, quam Spp. D.nis
Capitaneo, et Astantibus scribere debeant sine ulla mercede in causis
pauperum, et miserabilium personarum, et unus Cancellarius ad scri=
bendum omnia agenda in Collegio; quæ quidem Officia omnia
fiant per suffraggio eundo ad capellum terni's electionum globulis
impositis pro singulo creando, et singulis sic approbatis deferatur
juramentum de fideliter exercendo eorum offitio.

2 Quòd nemo eligendus, aut creandus ad quelibet offitia ipsius Collegij possit
aut valeat ea repudiare sub pena librarum octo par.; quæ pena
repudiantibus retineatur de comparatione mandatorum. Quicumq.
autem officio aliquo perfunctus fuerit, is per triennium integrum
sit contumax, et immunis ab eodem offitio, nec possit aliquo
modo, aut debeat intra terminum ipsum assumi, ad hoc, ut onera
Collegij (si ea licet sic appellare) equaliter supportentur, et qui=
libet oneribus hujusmodi aliquando sublevatus possit respirare.

3 Quòd qui electus, et approbatus fuerit Prior, sicut dignitate prefulget, ita
ab omnibus de dicto Collegio honoretur, ita ut preesse debeat ceteris
in dignio

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

in digniori loco una cum Consiliarijs, et Syndicis. Deinde per ordinem alij confratres succedant gradatim iuxta eorum institutiones. et talis ordo servetur in Collegio predicto, et incedendo ad exequias defunctorum Notariorum.

4 Quod Prior, vel eo absente, Consiliarij teneantur, et debeant singula prima Dominica cujuslibet mensis hora, qua pulsatur ad Missam majorem in Collegiata Ecclesia Utinensi per Capellanum dictæ Universitatis celebrari facere unam Missam in Ecclesia Sancti Ioannis Baptistæ ad plateam contarenam. Dictusque Capellanus debeat Missam celebrare per se, aut per aliam idoneam Sacerdotem, praeter quam in Dominica Palmarum, et in Festo Resurectionis Domini, si contigat aliquam earum esse primam mensis.

5 Quod dictus Dnus Prior non possit convocare Collegium sine scitu, et partecipatione Consiliariorum, neque expendere pecuniam Collegij absque bulleto subscripto per Consiliarios, hac declaratione adiecta, quod Dni Prior, Consiliarij, et Syndici in ijs, quæ celerem expeditionem requirunt, possint erogare de pecunia ipsa usque ad summam librarum sex, solidorum, et non ultra, nisi in pleno collegio decretum fuerit.

6 Quod si quis Notarius Collegij Nri fuerit infirmitate detentus, et proprijs facultatibus non valeat sustentari, Prior, Consiliarij, et Syndici

possint, et valeant illi subvenire de pecunia, et denarijs ipsius Collegij usque ad summam lib: 20, et si opportuerit tali infirmitate ulterius provideri, ipsi Prior, Consiliarij, et Sindici, congregato Collegio, super his provideant indigenti, prout per majorem partem Collegij determinatum fuerit. Si vero quod Deus avertat, quis ad tantam pervenerit inopiam, ut ipsi Defuncto de proprijs ejus bonis, aut alteri sepulturæ expensa fieri non possit, predicti Prior, Consiliarij, et Syndici possint expendi facere de pecunijs Collegij usque ad summam librarum triginta solidorum plus autem juxta determinationem Collegij pro expensa funeris predicti Defuncti Notarij.

Ad funus vero cujuslibet Notarij Defuncti Prior, vel eo absente, Consiliarij debeant convocari facere omnes Notarios, et quilibet sive absens sive presens teneatur super animam, et conscientiam suam semel dicere septem Psalmos penitentiales cum litanijs, et precibus sequentibus pro Anima ipsius Defuncti Notarij.

In die obitus, sive depositionis alicujus Notarij Urbi, Capsarius teneatur celebrari facere super Altari Privilegiato Missas duas pro Defunctis, et die sequenti, vel quo citius poterit Missas octo in Ecclesia S. Mariæ Magdalenæ.

Singulis autem annis in Mense Novembris die per Priorem, Consiliarios, et Syndicos declarando, Capsarius, qui pro tempore erit, celebrandam curet in dicta Ecclesia Missam unam solemnem cum

alijs

BIBL. DI UDINE

alijs Missis viginti, et cum Vigilijs in remissionem peccatorum omnium Notariorum Nrorum defunctorum, monitis prius biduo ante Notarijs utriusque ordinis, ut huic officio interesse debeant.

6 Quod in executionem partis captæ in Mag.lo majori Consilio die 8 Maij 1541, et legum hujus Collegij; nec non decisionis anni 1581, quotiescumque vacaverit aliquis locus per mortem, aut renunciationem alicujus ex Notarijs, Collegium ipsum legitime congregari debeat coram Ill.mo Dno locumt.e, sive ejus exc.mo Dno V.e Gerente die prima Dom.ca mensis sequentis, nisi per Dnos Priorem, Consiliarios, et Syndicos ex aliquo convenienti respectu judicatum fuerit esse differendum ad aliam diem. eo vero ad id congregato teneantur omnes, et singuli collegiati immediate ante ballotationem jurare in manibus Dni Prioris, se votum daturos, et suffragium suum illi, qui pro conscientia sibi visus fuerit melior, et sufficientior ceteris competitoribus, et talis; ex quo plus honoris, et dignitatis verisimiliter sit accessurus Collegio, quam ex alijs, omni penitus postergata affectione, practicatione sive ambitu, ac promissione quacumque per se forsitan facta cum juramento contra bonos mores. Non possit autem procedi ad creationem alicujus Notarij, neque ad ballotationem, nisi adfuerint Collegiatorum duo tertia ad minus; aliter omnis admissio facta sit ipso jure nulla. Declarantes, quod in locum Notariorum Collegiatorum

ut supra deficientium collegium ipsum debeat desumere, et in collegium per suffragia cooptare aliquem de Notarijs Duodenarijs absque alia examinatione. Et deinde in locum ipsius sic desumpti, alium sufficere juxta modum supra expressum, habita tamen ratione Filiorum, et Nepotum ex Filijs Notariorum juxta antiqua statuta hactenus observata, dummodo sint idonei, et sufficientes, ut supra. Ita ut qui ceteros competitores numero suffragiorum dimidium totius collegij coacti excedentium superaverit, debeat postea examinari, et interrogari, ut infra, ante quam ad scribendum admittatur, et uterque numerus sed scilicet Notariorum collegij de Quadraginta, quam etiam Duodenariorum semper firmus, atque immutabilis remaneat. Hoc addito, quod Notarij, qui assumpti fuerint, ut supra ad ingrediendum collegium, solvere teneantur libras quindecim solidorum ad manus Capsarij ipsius collegij, prius quam admitantur ad ineundum suffragia.

8 Quod nullus possit in collegium Notariorum recipi, nisi sit Notarius V. Authoritate, et legitime natus, et habitor Utini, vel factus Civis per Mag.cum Majus Consilium, et attingat ad minus annum vigesimum, et nemo ballotari possit, nisi vel presens nomen suum dederit penes Cancellarium Nrum, vel absens per literas efflagitaverit.

Ad creationem autem Notariorum sed Quadragienarij, quam Duodenarij numeri

numeri, omnes, et singuli Notarij congregati debeant ballotare proprijs manibus, et non per alios sub pena periurij, et quando duo, aut plures Notarij eadem die creandi sunt, non fiat id unica ballotatione, sed pro singulo Notario creando ballotatio redintegrari debeat.

9 Quod examen Notariorum, ut premissum est, creandorum fieri debeat per tres ex dicti Collegij Notarijs in ipso Collegio eligendos preter Exc.mum D.num Vicarium Ill.mi D.ni Locum.t et unum ex Mag.cis Deputatis Civitatis, qui diligenter examinare illos debeant, secundum quod ipsis dictabunt eorum conscientie, et referant Collegio predicto, et stetur relationi ipsorum, sive majoris partis, et si retulerint eos in dicto examine fuisse repertos idoneos, et sufficientes, tunc inteligantur, et sint admissi ad scribendum juxta leges, et ordines Collegij, obtineantque locum in ordine à die examinis, relationis, et admissionis eorum, examinatores vero habeant contumatiam trium examinatorum

10 Quod nullus possit coram Tribunali Ill.mi D.ni Locumtenentis, vel ejus Ex.mi Vicarij quempiam actum notare, nisi prius biennium peregerit se exercendo coram inferiori Iudicio DD. Capitanei, et Assantium civitatis Utini, et nulli quantumque diceretur abunde practicus, et sufficiens fieri possit gratia, vel temporis abreviatio etiam nemine discrepante, vel alicujus precipitio queat integerrimè

Collegij fama ex aliqua parte violari. Hac lege addita, quod quicumque recipietur, ut supra, in Collegium Notariorum teneatur ante omnia per debitum juramentum ei deferendum per Dnos Priorem, consiliarios, et Syndicos promittere, quod bona fide servabit omnia statuta, reformationes, et deliberationes tam facta, quam facienda vel solvent penas, nisi aliter secum fuerit dispensatum per Collegium legitime congregatum.

11 Quod Folijs Mandatorum, sequestrorum, contradictoriarum, et citationum, quorum utilitas per antiquam consuetudinem, et Decreta ipsius collegij in commune conferri debet, nemo alius Notariorum subscribere audeat, preter Dnum Priorem, nisi forte, eo absente, vel egrotante res postulet, ut ab aliquo ex duobus Consiliarijs id fiat, ne Collegium ipsum, aut aliqua particularis persona detrimentum patiatur.

12 Quod Collegium extraordinarie congregari non possit, nisi pro causis extraordinarijs celeri provisione, seu expeditione indigentibus, nec possit congregari in alio loco, quam in solito, sed id fiat cum licentia Illmi Dni Locumis, nullusque Notarius audeat, vel presumat in Collegio sive ordinario, sive extraordinario proponere aliquam partem, nisi illi, qui sunt in Officio, videlicet Prior, Consiliarij, et Syndici; nec per eos proponatur, nisi data notitia per triduum ante contradictoribus.

13 Quod, ut murmur inter Notarios cesset in Collegio, et ut quiete, ac iuste termi-

netur.

terminetur quod propositum fuerit, nulla fiat longa disputatio alter=
cando, sed per bussulos, et ballotas terminetur, iuxta solitum, et si quis
voluerit contra aliquod propositum partem dicere, vel ei quoquomodo
respondere, debeat, habita prius licentia à D.no Priore, et Consiliarijs,
ascendere Rengam hac de causa extructam, et ibi sedatè, placidèque
rem pertractare, et nemo interim loqui audeat, verum sileant, et
quiescant omnes sub pœna compartitionis ipsius diei.

14 Quod quandocumque quispiam Notarius erit ballotandus, et aggregandus huic
Collegio Novo in locum alterius Notarij, et in creatione officiorum exclusi
sint, et inteligantur ab officijs, et ballotationibus predictis, omnes
ex eadem familia, filij fratrum, et sororum, sororij, cognati viven=
tibus Uxoribus, vel extantè prole, soceri, et generi, et filij fra=
trum Uxoris meę, et à capello omnes de familia, similiterque
si aliqua tractabuntur, quę utilitatem, vel damnum, seù interesse
aliquod concernant alicuius ex Notarijs, tunc tales, quorum interest
cum omnibus exclusis, ut supra, exire debeant de ipso Coll.o, donec
disputata, et tractata, atque expedita fuerint negotia illa proposita.

15 Quod Prior, Consiliarij, et Syndici pro tempore existentes, durante eorum
officio saltem semel visitare debeant, et teneantur omnes, et sin=
gulos Notarios utriusque ordinis, et diligenter examinare, et per=
scrutari eorum Scripturas, et notas, an si eas teneant in ordine

UDINE

et distinctas in libris compaginatis, et non in cartulis, et etiã in loco tuto, et postea die primo Dom.ᶜᵒ mensis Decembris, et ante quandocumque ad eorũ libitũ referre in Collegio. Notarij vero predicti aliter, quã supradictũ est, tenentes suas notas, et scripturas condemnentur in libris viginti quinque applicandis Collegio predicto, et retinendis de compartitione eis tangente, obligato ad exequendũ Capsario Collegij, data ei prius notitia per Priorem, seu Consiliarios, vel Syndicos, et preterea illorũ negligentia publicetur in frequenti Collegio diebus, et horis creationis alicujus Notarij, et Officiorũ ad majorem erubescentiã

Et ut omnino transgressorũ injurię sit provisũ teneantur omnes supradicti Notarij transgressores quolibet primo die Dom.ᶜᵒ Februarij offerre eorũ scripturas anni precedentis in pleno Collegio, ut Prior, Consiliarij, et Syndici videant, et perscrutentur an fuerit, ut supra, satisfactũ. Si verò fuerint Duodenarij transgressores exclusi inteligantur, et sint ab ingressu Collegij, nec possint ballotari ad numerũ de Quadraginta, et ulterius tales Notarij Quadragienarij, et etiã Duodenarij suspendantur, interim privilegio, favore, officio, et benefitio ipsius Collegij, donec restauraverint, sive reduxerint notas, et scripturas in modũ debitũ supradictũ, et stetur relationi Prioris, Consiliariorũ et Syndicorũ, vel majoris

vel majoris partis ipsorum.

Adjicientes insuper, quod Prior, Consiliarij, et Syndici, vel quilibet eorum, qui negligens ad predicta omnia fuerit, vel noluerit ea exercere, teneatur ad penam librarum viginti quinque retinendarum, ut supra, et Collegio applicandarum.

16 Quod si quis terminationibus ipsius Collegij, sive etiam postquam per Priorem vel Consiliarios mandatum, seu preceptum fuerit ei ire, vel interesse in aliquo loco pro factis, seu negotijs ipsius Collegij, et non iverit, seu venerit, et non steterit, vel ad mandatum ipsorum non paruerit, puniatur in libris octo solidorum retinendis de compartitione ei tangente, si fuerit de quadraginta, Duodenarius vero nunquam ballotetur ad Collegium de quadraginta, nisi prius effectualiter solverit, salva tamen justa, et legitima causa, que per dictos Priorem, Consiliarios, et Syndicos cognoscatur, et decidatur, ac eorum terminationi omnino stetur.

17. Quod Prior, teneatur successori suo per Inventarium consignare integre, et actualiter tam libros omnium, et quorumcumque statutorum, Decretorum, Privilegiorum, quam alias scripturas dicti Collegij, nec non Vacchetas pecuniarum ex mandatorum, et contradictoriarum conscriptione perceptarum, ac relationum de pignoribus ad cameram conducendis, et livellorum; calices autem, Patene, Paramenta, Missales,

et aliæ res Sacræ consignentur per Inventarium Rdo Capellano, et quotannis revideantur per ipsum Priorem, Consiliarios, et Syndicos, et fiat particularis nota hujusmodi consignationis, et revisionis in fine Inventarij generalis, ut supra, faciendi per singulum Cancellarium Collegij, notando clare, et distincte per capita, et hæc omnia extendere habeat in libro terminationum. Quæ quidem omnes scripturæ reponi, et conservari debeant in condecenti scrinio comparando, quod permanere debeat penes Priorem. Hoc expresso, quod è dicto scrinio Originalia nunquam possint exportari sine authoritate Collegij, vel Prioris, et Consiliarij, sed quando opus erit aliqua scriptura ibi, extrahatur copia autentica.

18 Quod dictus Dnus Prior teneatur, et debeat legi facere semel ad minus pro tempore sui Prioratus in Collegio, seu congregatione ipsius solemniter congregata, omnia supra scripta, et infrascripta statuta. Quod si non fecerit viginti quinque libras solidorum dicto Collegio solvere teneatur irremissibiliter ei retinendas ex compartitione ipsius, composito onere Capsario Collegij, id exequendi, nec non Calculatoribus, qui id curare debeant in calculis per Capsarium ponendis, sub pena singulis solvendi de suo eamdem summam, et propterea si in dicto Collegio aliqua tractabuntur disposita per statuta

vel dependentia

BIBLIOTECA CIVICA

vel dependentia ab eis, tunc statuta ipsa legi, debeant antequam aliqua fiat determinatio

19 Quod Capsarius Collegij, qui pro tempore fuerit, bona fide, et sine fraude teneatur exigere omnia debita, et retinere condemnationes, et penas dicti Collegij, et scribi facere manu propria Prioris tunc existentis, vel unius Syndici in libro ad hoc deputato omnes condemnationes et penas, in quibus incursi fuerint Notarij dicti Collegij, et de exitu predictorum omnium in dicto libro computum tenere. et hoc sub pena decem librarum solidorum et de his debitis reddere rationem. et nihilominus si non retinuerit vel exigerit infra spatium unius mensis, de suo proprio solvere teneatur. et executio hujus Capituli commissa sit officio Contradicentium, et Calculatorum, vel majoris partis ipsorum

20 Quod Capsario predicto iniunctum sit onus distribuendi Notarijs subscriptiones Mandatorum, et Contradictoriarum, quas ipse receperit a D. Priore signatas, et connumeratas per se ipsum, ejusque Domesticos, et familiares vel Notarios, et non per alios sub pena ammissionis lucri ei spectantis: et habeat pecunias dictorum Mandatorum, et Contradictoriarum, quas alias undecumque Collegio spectantes exigere, et servare. et in fine cujuslibet anni, videlicet tempore creationis officiorum Collegij Capsarius ipse, soluta decima, et antequam fiat generalis distributio pecuniarum teneatur extrahere Ducatos quinquaginta duos ex pecunijs Publicis, et eos dividere inter Notarios, qui interfuerint ordinarijs Collegijs anteacti anni videlicet in diebus Dominicis primis cujuslibet mensis et in die creationis officiorum pro rata, iuxta liquidationem faciendam circa hoc factam. At si contingat aliquo mense non fieri Collegium ordinarium, quo

prima Dominica inciderit in diem Palmarum, vel Resurrectionis, ut superius constitutum est, de predicta summa detrahantur Ducati quatuor et inter omnes collegiatos una cum reliquis dividantur, ut moris est. expresse addito quod ij, qui non interveniendo collegijs nullum senserunt incomodum, de pecunijs ipsis nullum etiam incommodum sentiant, nec non valeant etiam ex leggittima causa gravamen proponere. Hoc etiam declarato, quod Notarij cancellarij extra civitatem habitantes pro tempore, quo absunt, vel affuerunt, nullam percipiant compartitionem de pecunijs dividendis.

21 Quod capsarius predictus in prima die Dominica mensis Ianuarij teneatur in pleno collegio ad id congregando rationem reddere de exactis, que prius visa fuerit, et approbata, ac subscripta per calculatores, afferendo libros, seu vacchettas, in quibus scripte erunt receptiones, et exbursationes pecuniarum collegij. et palam, et singulatim recitando partitas omnes de una in unam tam exactionis, quam dispensationis ad hoc, ut omnibus pateat administratio predictorum, et unusquisque de collegio possit dictis partitis, seu alicui earum, ut sibi videbitur opponere; liceat autem D. Priori videre rationem dicte administrationis quandocumque ei libuerit. Recitatis vero partitis, ut supra, fiat ei finis remissio, iuxta solitum. cum declaratione, quod capsarius de omnibus pecunijs collegij, que ad eius manus quocumque modo pervenerint, habeat salarium solidorum duorum pro singulo Ducato.

22 Quod capsarij recusantes premissa exequi, exnunc, prout ex tunc

intelligantur

intelligantur suspensi, et privati ab omni Offitio, et Beneffitio Collegij, nec
admitti debeant ad aliquam ballotationem in dicto Collegio per annum integrum,
Qui nihilominus possint in prima Dominica Januarij immediate finito anno
facere, et exequi præmissa, et etiam interim quandocumque modo sint suspensi,
ut supra, per annum. Et si etiam secundo anno fuerint innobbedientes, intelligantur
suspensi, ut supra, per alium annum. Et hoc toties, quoties. In dicto autem
Collegio diei primæ Dominicæ Januarij, nil aliud proponi, et deliberari possit,
nisi prius executis præmissis. Positis vero calculis, ut dictum est, teneantur
Capsarij dimittere Vacchettam Computorum penes Dominum Priorem; Contradictores
autem teneantur sub vinculo Juramenti præsens Capitulum, et antecedens
exequi, et observari facere.; et Cancellarius singulis annis in die creationis
Officiorum publicare debeat debitores, et innobbedientes.

23 Quod in die Purificationis Immaculatæ Dei Genitricis Mariæ à Capsario Collegij tribuatur
Domino Priori pro tempore existenti cereus unus ponderis librarum ipsius nomine
gentilitioque insigni decoratus; Consiliarijs vero, et alijs Officiantibus libræ
unius cum dimidia; Cæteris autem Notarijs Quadragenarijs libræ unius,
Duodenarijs vero unciarum sex pro singulo, et id sumptibus Collegij.

24 Quod Cancellarius Collegij teneatur de mense in mensem quascumque deliberationes in libro
ad hoc deputato ordinate scribere sub pœna unius Marchæ Collegio applicandæ, et
habeat sub eadem pœna quolibet primo die Dominico mensis afferre librum ipsum
in Collegio, ut videatur, an re vera functus fuerit Offitio suo.

25 Quod eligantur tres de Corpore Collegij Conservatores legum nuncupandi, quorum munus, et opus sit,
durante eorum Offitio, videre libros, et acta Cancellariæ Illustrissimi Domini Locumtenentis
secretariæ diligenter, an ibi descripta sint aliqua, quæ ad Collegium spectent requi=
rere; Domino Cancellario, qui fuerit pro tempore, ut eum [illegible] referat quæcumque
invenientur annotata contra ordines legum, et Privilegiorum à benignitate

Serenissimi Dominij Nri Collegio concessorum, atque si id fusiat venuatur, officium Illmorum Superiorum adeatur, et imploretur, et fieri debeat nota restitutionis in margine actum referendorum, quam in libris Collegij; quæ quidem electio fieri debeat de octo in octo mensibus cum contumatia sexdecim mensium, teneantur saltem prima Domca ultimi mensis referre in Collegio omnia, et singula per eos inventa in actis Cancellariæ prædictæ spectantia ad Collegium Nrum, sub pœna librarum sexdecim solidorum eis, ut supra, retinendarum, nec non exclusionis á balotationibus, et officijs conferri solitis in die festo Divi Ioannis Evangelistæ, salvo semper legitimo impedimto cognoscendo per Collegium ad propositionem trium officialium Banchæ, nec pars intelligatur capta, nisi pro se reciderit duas tertia Collegiatorum.

26 Quod omnes Notarij tam Quadragenarij, quam Duodenarij, qui non curaverint adesse precibus quadraginta horarum mulctentur pœna librarum duarum solidorum pro qualibet vice applicanda ornatui Altaris Nri in Ecclesiæ Divæ Mariæ Magdalenæ, et teneantur omnes sub eadem pœna congregari in Ecclesia majori hujus Civitatis pro comitando Priore, salvo legitimo impedimto cognoscendo per ipsum Priorem, et Consiliarios, et etiam sumuendi in notum innobbedientes.

27 Quod debitores Collegij nullo modo possint habere partem in divisione pecuniarum, quæ distribuuntur inter eos, qui interfuerint Collegijs ordinarijs, neque in compartitione gratiæ, quæ fieri solet in fine anni, sed omnes pecuniæ ipsæ inter alios dividantur; et nihilominus procedat executio contra eos, juxta formam aliarum partium de hac materia loquentium.

28 Quod Notarij scribentes in iuditijs non possint, neque debeant scribere in causis affinium, nec in quibus interveniunt, et patrocinantur eis conjuncti in gradibus in Constitutione Patriæ descriptis, quæ circa hoc in omnibus observetur.

29 Quod Notarius Citationis, contradictionis, et Edictorum scribere debeat in causa inde dependenti

qui

qui si aliqui actui interesse nequiverit, alius de Collegio in notam recipere
possit ad referendum in scriptis, loco tamen in se retento, et si in primo, vel
ulteriori termino alicui litigatorum visum fuerit, nolle ob suum aliquem re=
spectum consentire in ipsum Notarium citationis, contradictionis, et editorum
alius Notarius non propterea vendicet sibi libertatem in ea scribendi, nisi
prius per, et inter ipsum primum Notarium, et litigatorem fuerit concordatum
aut decisum judicialiter quis in causa habeat scribere. Declarantes, quod
licet contigerit in aliquo mandato includi citationem, et dicto mandato fue=
rit contradictum, Notarius, cujus manu erit contradictio, scribere debeat in causa
excluso Notario mandati, et similiter, qui fecerit contradictionem ubi nullum
praecesserit mandatum in scriptis, sive contradictio, sive contra pignora=
tionem, sive contra mandatum, aut executionem, quae aliter fieret, is debeat
pergere in scribendo in causa ab ea dependente, non autem qui forte fecerit
citationem ad videndum cassari contradictionem sub poena restitutionis lucri;
et in casu consonantiae sententiae definitivae una cum emolumento ex ea perci=
piendo, Notario, qui in causa primum scribendi locum obtinuit, tradi debeat
tuenda, et penes ipsum conservanda.

30 Quod quilibet Notarius Collegii possit vacare in terminis ordinariis duos tantum ter=
minos in causis manu sua vertentibus. idque fieri debeat per circuitum,
ita ut ubi semel finient, ibi in sequentibus terminis inchoare debeat.
Hoc addito, quod Notarii sedeant in Judicio per ordinem secundum
eorum institutionem.

31 Quod nullus Notarius nec in equitando, nec in scribendo, nec quovis modo officium No=
tarii exercendo pacisci possit quocumque exquisito colore, machinatione, vel
ingenio, et contrafacientes in una marcha solidorum condemnentur pro qualibet
vice.

32 — Quod nullus Notarius, qui non sit de Collegio, et Matricula Notariorum Civitatis Utini et approbatus juxta formam statutorum hujus Collegii, possit aliquos contractus et ultimas voluntates, aut acta judiciaria scribere, vel notare, et publicare nec in publicam formam redigere ex quibuscumque Notis in dicta Civitate; et si secus factum fuerit, ipso facto contractus, vel scriptura, et testamentum, et actus non valeat, et talis scribens ad interesse, et damnum patienti teneatur, et ultra id libris solidorum quinquaginta Camerae Fiscali applicandis condemnetur toties, quoties contrafecerit in contrarium aliquo non obstante. exemptis tamen ab hoc statuto Cancell.s Illmorum Dnorum Locumtenentium juxta De=cretum Ser.mi Principis diei 26 Novembris 1484.

33 — Quod nullus Notarius sive sit de Numero Duodenario, sive Quadragenario hujus Collegii audeat scribere in Can.ria Pretoria tanquam Coadiutor; cum admodum indecorum sit Notario Nro fungi ministerio Coadiutoris, cum declaratione quod nunquam incipiat ei currere biennium, donec ibi fuerit; et praeterea aliis poenis mulctetur arbitrio Collegii imponendis.

34 — Quod si aliqua rixa, vel discordia orietur inter aliquos ex Notariis dicti Collegii, Prior cum Consiliariis, et Syndicis teneatur, et debeat ipsos ad invicem pacifi=care, seu alias, si non posset in Collegio manifestare, et detegere, ut inde prout justum fuerit, valeat provideri.

35 — Quod juxta Decreta Ser.mi Senatus Veneti comprehensa in Litteris Ducalibus diebus 28 Decembris 1564, et 19 Septembris 1565, nec non 24 Novembris 1613, et Leges hujus Collegii, si contigerit aliquem Notariorum suprad.ti Collegii decedere cum testamento, ille talis Notarius possit de Notis suis disponere, et eas legare, sive relinquere cui voluerit. Ita tamen, quod si eas legaverit alicui, qui non sit Notarius de Matricula

tunc

tunc dictæ Notæ debeant recipi in Archivium publicum. Si vero morietur sine Testamento, vel sine aliqua ordinatione facta de Notis suis; tunc, et eo casu tales Notæ debbeant committi, et dari, et specialiter exhiberi Heredi ejus sibi succedenti ab intestato, si fuerit Notarius de Collegio. Si vero non esset de Collegio, tunc dictæ Notæ debeant transferri in Archivium publicum, cum declaratione quod quidquid emolumenti, seu lucri percipietur ex dictis scripturis, dividatur in tres partes, quarum una sit Notariorum, qui pro tempore exercebunt dictum Archivium, aliæ vero duæ partes dentur Heredibus Notarii defuncti. Et in omnibus supradictis casibus, mortuo Notario, ut supra, Prior Collegii cum Cancellario Communis, et cum uno Nuntio Illmi D. Locumtenentis tenea=tur intra duos dies, post quam fuerit sibi notum, sub pœna librarum decem solidorum dividenda, ut infra, accedere ad Domum dicti Notarii Defuncti, et omnes ejus abbreviaturas in aliqua capsa, vel in aliquo loco securo sigillare cum sigillo Communis, et ipsius Prioris, et sic sigillatæ permaneant, donec fuerint in Archivium translatæ. Et imponatur cum authoritate Illmi D. Locumtenentis pœna gravissima cuilibet amoventi, et violanti dicta sigilla, cujus pœnæ medietas applicetur Collegio, et alia Accusatori, et possit accusari, et denuntiari per quemlibet. Firmis autem remanentibus Capitulis conditis alias per eos, qui tam per Magnificam Communitatem, tam etiam per hoc Collegium deputati fuerint supra regulatione dictarum scripturarum.

36. Quod si contigerit aliquem Notarium se absentare ita quod de brevi non speretur de ejus reditu, puta per tempus duorum mensium, vel ultra, talis Notarius se absentare volens teneatur, et obligatus sit Notas, et abbreviaturas suas committere, et consignare alicui ex Notariis prædicti Collegii, et Matriculæ, regendas, et guber=nandas, et extrahendas, et relevandas, prout, et quando fuerit expediens.

UDINE

Quod si non fuerit, tunc dictæ Notæ possint committi alicui ex dictis Notarijs Collegij, et Matriculæ, qui Collegio ipsi videbitur regendas, et extrahendas, ut supra, usque ad reditum prædicti Notarij absentis. et si abbreviatura aliqua non reperiretur continere ea, quæ in similibus contractibus apponi solent, sive non esset completa, dummodo substantia contractus reperiatur in ea, tunc possit volenans quisque Instrumentum reducere ex ipsa Nota in publicam formam, prout moris est, et secundum quod similes contractus consueverunt in publicam formam reduci, reservata semper authoritate Illmi D. Locumtenentis in committendo notas ipsas iuxta formam præsentis statuti.

37. Quod fieri debeat unus liber, in quo scribi debeant Nomina Notariorum Demortuorum, et etiam absentium, et penes quos reperiantur eorum scripturæ. Qui quidem liber permanere debeat in loco Archivij, et Cancellarij Collegij, qui pro tempore fuerint teneantur continuare dictas Notas. Cum declaratione, quod nemini liceat cuipiam commodare, nec spectanda præbere aliqua Originalia, vel sua, vel aliorum, nisi Notario penes quem existunt, semper præsente. Idque intelligatur, et observetur etiam de Processibus expeditis.

38. Quod non possit fieri fides alicujus generis sub nomine Collegij, nisi in Collegio legitime congregato, et nisi adfuerint saltem duo tertia totius Collegij, nec capta, aut concessa intelligatur fides aliqua, nisi pro se habuerit duo tertia suffragiorum eorundem congregatorum. et quælibet fides, quæ contra hunc ordinem ederetur, sit irrita et nullius valoris, per inde, ac si facta non fuisset.

39. Quod Notarij per hoc Collegium deputandi ad scribendum in Visitatione facienda per Illmos Dnos Locumtenentes debeant per se metipsos officium ipsum exercere, quandoquidem ipsorum industria electa fuit, non possint alios in locum suum subrogare modo aliquo sub pœna ducatorum quinque retinenda in compositione

mandatorum

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

mandatorum, et contradictionum, et subrogatio sit ipso iure nulla, habeantque contumaciam toties Regiminum, quamodo egerint Visitationem. Declarantes, quod in causis incoatis hic Utini, quæ postea tractantur in Visitatione, si in dicta Visitatione expedientur sententiæ cum processu remaneat penes Notarios Visitationis; sin autem inexpeditæ remanserint, causæ revertantur ad Notarios prius in causis scribentes, quibus Notarij Visitationis teneantur referre acta retento lucro, et idem observetur in causis citationum, et contradictionum captis coram Exc.mo D.no Vicario reductis ad Ill.mum D.num Locumtenentem, et postea remissis ad ipsum Exc.mum D.num Vicarium.

40. Quod ex Notarijs omnibus Quadragenarijs Officium exercentibus quatuor eligantur eundo ad capellum, et per Bussulos, et Balotas, qui soli, exclusis alijs, debeant per cursum cujuslibet Regiminis Ill.morum D.norum Locumtenentium scribere omnes relationes de pignore non conducto ab omnibus, et singulis Ministris publicis referendas in Vacchetta cujuslibet ipsorum per Collegium nostrum assignanda, quæ sit cartata, bulata, et subscripta manu Exc.mi D.ni Vicarij Ill.mi D.ni Locum.s, et Prioris hujus Collegij. Ex quibus postea Vachettis teneantur ipsas relationes transcribere in Vachetta Exc.mi D.ni Vicarij exigendi ab ejus Vacchetario, et nullus alius Notarius audeat relationes ipsas recipere præter quatuor suprad.ictos Deputatos.

31. Quod quicquid emolumenti percipietur ex dictis relationibus in ratione solidorum quatuor pro singula juxta consuetum, reponatur in manus Cassarij, dividendum in fine anni inter Notarios de Matricula, juxta formam statutorum, deductis sol. 24 in singulas centenas relationes, solvendis illis Notarijs, qui eas susceperint in Notas pro rata. Hoc addito, quod omnes relationes quæ

BIBLIOT. CIVIC

inposterum fient sive ab Illmi. Dni Locumten: Caballarijs, sive à Ma=
gnificæ Civitatis Præconibus pro offitijs, vel Sinetis, vel debitis privatis
contra Potestates, vel Decanos, et Communea Villarum Lazzolei, Caspenetti
Vissandoni, Taberiani, Laderni, et Vati, quæ Spp: DD. Capit:, et Notariorum
ditioni subiectæ sunt, describantur in Vacchetta ejusdem D. Capitanei,
exceptis tamen relationibus dependentibus ab executionibus sententiarum
ab Illmo D. Locumtenente, sive ab ejus Excmo D. Vicario, latarum, quæ
in ipsius Dni Vicarij Vacchettâ apponantur, et sint suæ.

43 — Quod inter Notarios, æqualitas servetur quaterni Notarij in singulis Hebdomadis causis
in prætorio scribendis sortito deputentur, ita ut in Collegijs ordinarijs no=
mina Notariorum Collegiatorum existentium in unam Pisidem, et Notariorum
non Collegiatorum in alteram seiunctim concludantur, et ex prima quidem
Collegiatorum Pisside tres, et ex altera vero non Collegiatorum unus tantum
educatur; ex quibus quidem Notarijs tres Collegiati, et unus Duodena=
rius, quo ordine fuerint educti, cæteris exclusis, vacare debeant una
Hebdomada scribendis actis coram Illmis Dnis Locumtenentibus, sive
Excmis Dnis Vicarijs Vs gerentibus, dum eorum loco in Castro sedebunt,
et interim nullus alius Notarius præsumat sedere, nec accedere ad Tri=
se fano in Udene. /

Prima sono obligati a redurse al loco deputato zorni tre ala septimana
zoè luni, mercore, et venere.

Item che li tessari come hano tessuti li panni, quelli dieno portar ala
Stringa. Et li soprastanti dieno iustificar essi panni. Et approbati et
iustificati bollarlo con una bolla.

Item che quando sarà purgati et folati et garzati li panni, quello
dieno anchora portar ala stringa. Et se die iustificar si el
follo et purgo come el garzar, et di tute queste cose trovato
sufficiente si die bollar con un'altra bolla. -

Item quando li tessari portarano li panni ala stringa li soprastanti
sono obligati a notar lo tessar et mercadante de lo panno
in uno libro

Item quando lo garzador portarà lo ditto panno ala stringa li
soprastanti dieno scontrar lo panno ala partida de esso merchadante

Item [illegible] le differentie che nasceno per l'arte dela lana tra li merchadanti
con tessari, garzoti, foladori, [illegible], batilane, filere et tentori
in prima instantia vano [illegible] iudicio di soprastanti ala stringa.

Item [illegible] notari [illegible] ogni otto [illegible]
[illegible] dieno [illegible] deputato ala Stringa.
ogni [illegible]

[illegible] ala Stringa [illegible]
[illegible] bollarli [illegible]
[illegible]

BIBLIOTECA

ti del M.to mag.co Conseglio della

aggionto al Dazio dell'Olio.

e speso del Denaro di tal

ità delli detti Decreti.

del Conseglio

aplica il Soldo per libra dell'Olio

Mura, Rivellini, Porte, e Ponti

quale vien deliberato; che tor:

tura pelle Parti, che mancano

Porta d'Aquileia, ed al Rivel:

dersi ogni altro lavoro intorno

dell'Olio resti poscia applicato

della Nave di mezzo del Duomo.

n cui resta deliberato; che col

Olio debba redificarsi il pub:

ta fra le Porte di Grazzano, e

Gemona:

ne del denaro, che sopravan=

cui resta deliberato; Che col

Olio si facciano le spese occor=

. Ing.re Grimani. Salua Cap:

ffitti del Duomo

ostium super
stantium stagni

Sub regia h
alia riaga.

Applicazioni con Decreti del M.to mag.co Conseglio della Città del Soldo per libra aggionto al Datio dell'Olio. E calcolo dell'Esatto, e Speso del Denaro di tal ragione in conformità delli detti Decreti.

Decreti del Conseglio

1702. 17. Agosto.
Decreto del mag.co Conseglio, che applica il Soldo per libra dell'Olio alla ristaurazione delle pub: Mura, Rivellini, Porte, e Ponti della Città.

1705. 3. Gen.o
Decreto del mag.co Conseglio; con il quale vien deliberato; che ter-minato il ristauro delle pub: Mura nelle Parti, chè mancano delle opere incominciate alla Porta d'Aquilea, ed al Rivel-lin di Grazzano, debba sospendersi ogni altro lavoro intorno alle dette pub: Mura:
E chè l'aggionto Soldo per libra dell'Olio resti poscia applicato alla rinovazione dei Soffitti della Navè di mezzo del Duomo.

1706. 17. Marzo
Decreto del mag.co Conseglio; con cui resta deliberato; chè col denaro del Soldo per libra dell'Olio debba redificarsi il pub: Muro dirocato dalle Fondamenta fra le Porte di Grazzano, e Cussignacco, ed alla Porta di Gemona:
Ferma rimanendo l'applicazione del denaro, chè sopravvan-zasse, ai Soffitti del Duomo.

1707. 23. Marzo
Decreto del mag.co Conseglio; con cui resta deliberato; Chè col denaro del Soldo per Libra dell'Olio si facciano le Spese occor-renti nell'Alloggio di S. E. il sig.r Ing.re Grimani. Salva l'ap-plicazionè del rimanente ai Soffitti del Duomo

Calcolo dell' Esatto, e Speso

~ Esatto ~

Nell' Annata principiata 1702 terminata 1703	L. 4186
Nell' Annata principiata 1703 terminata 1704	L. 5642
Nell' Annata principiata 1704 terminata 1705	L. 5642
Nell' Annata principiata 1705 terminata 1706	L. 5704
Nell' Annata principiata 1706 terminata 1707	L. 5933
Summa l'Esatto	L. 27107

~ Speso ~

Nella Ristaurazion delle pub: Mura

Con Boll.° 29 Giugno 1702	L. 4774
Con Boll.° 31 Marzo 1703	L. 243
Con Boll.° d.to	L. 824
Con Boll.° 23 Sett.ᵉ 1703	L. 4354
Con Boll.° 30 Sett.ᵉ 1703	L. 1971
Con Boll.° 29 Marzo 1704	L. 43
Con Boll.° 4 Agosto 1704	L. 150
Con Boll.° 2 Sett.ᵉ 1704	L. 1278
Con Boll.° 21 Sett.ᵉ 1704	L. 205
Con Boll.° 29 Sett.ᵉ 1705	L. 5562
Con Boll.° 28 Marzo 1706	L. 188
Con Boll.° 29 detto	L. 654
Con Boll.° 23 Maggio 1706	L. 1507
Con Boll.° d. d.to	L. 1938
Con Boll.° 9 Giugno 1706	L. 216
Con Boll.° 14 d.to	L. 330
Con Boll.° 7 Agosto 1706	L. 5588

Nell' Alloggio dell' Ecc.mo Ing.r Grim:

Con Boll.° 25 Marzo 1707	L. 1860
Con Boll.° 15 Luglio 1707	L. 930
Con Boll.° 27 Agosto 1707	L. 294
Con Boll.° 20 Sett.ᵉ 1707	L. 537
Con Boll.° 2 Marzo 1708	L. 155
Con Boll.° 31 d.to	L. 317
Con Boll.° 8 Giugno 1708	L. 29
	L. 33927

Biblioteca Civica di Udine

1711 primo ~~Ottobre~~

Calcolo di quanto denaro si ritrova raccolto fino a q.sto g.no, e di quanto s'anderà raccogliendo in avvenire d'anno in anno

Delli Duc: 400. del Dazio del soldo per libra dell'olio applicati prima ai soffitti della Naue di mezzo della Chiesa del Duomo; e poi alla redificazione della Chiesa stessa.

Delle £100. che paga l'Assistente alla Posta d'Udine in Venezia applicate prima a francazion di livelli, e poi alla redificazione della detta Chiesa.

E degli accrescimenti degli altri Dazj pub: parimente applicati alla stessa redificazione.

1704. Fù imposto l'obbligo delle £100. all'Assistente della Posta in Venezia; sono corsi anni sette; val - - - - - - £-700=

Si detrae il girato in francazion di livelli con mandato 25. Aprile 1708 - - - - - - - - - - £-350=

£-350=

1708. 20. Marzo

Furono con Parte del mag. Conseglio applicati li Duc: 400 del soldo per libra dell'olio ai soffitti della Naue di mezzo del Duomo; sono corsi anni quattro; val - - - - - - £-9920=

1711. 28. Febbr.o

Con Parte del mag. Conseglio furono applicati alla redificaz.e della Chiesa del Duomo

Li Duc: 400. del soldo per libra dell'olio, ch'erano prima applicati ai soffitti della med.ma cosi raccolti come che si raccoglieranno in avvenire.

Le £100. dell'Assistente alla Posta d'Ud.e in Venezia, ch'erano prima applicate a francazion di livelli.

E li Accrescimenti degli altri pub: Dazj delibirati col med.mo

Decreto, da principiar a correr il dì ult.° sett.re 1711.

Segue il Calcolo di quanto importano d'anno in anno le dette tre ragioni di denaro, e come si vanno di tempo in tempo depositando in Monte di Pietà dai Camerari di Com.tà

1712. ult.° sett.re

Soldo per libra dell'olio	₰ - 2480 -
Posta d'Ud.° in Ven.a	₰ - 1000 -
Accrescim.ti degli altri pub: Darj	₰ - 8733 -
Summa	₰ 12213 -

Denaro depositato in Monte di Pietà dal Cam.° di Com.tà Sabbatini per l'annata terminata ult.° sett.re 1712.

Come in Boll.° 31 Marzo 1712	₰ - 5606 // 13
Come in Boll.° 7 Marzo 1713	₰ - 6606 // 13
Summa	₰ 12213 // 6

1713. ult.° sett.re

Soldo per libra dell'olio	₰ - 2480 -
Posta d'Ud.° in Ven.a	₰ - 1000 -
Accrescimenti degli altri pub: Darj	₰ - 8508 -
Summa	₰ 11988 -

Denaro depositato in Monte di Pietà dal Cam.° di Com.tà Venuti per l'Annata, che termina il dì ult.° sett.re 1713.

Come in Boll.° - - ₰ 2747 // 10

Ristretto di quanto si và spendendo per la
Redificazione della Chiesa del Duomo
per mano dè Cassieri, che d'anno in anno
vengono creati dall'Ill.ma Convocazione
Tutto in conformità del Decreto del mag[co]
Consiglio · 28. Febbr[o] 1711.

Per mano del Nob. Sig. Co. Giovañi Manini Cass[ro]
Dal dì 30 · Marzo 1711 · fino al dì 27 Gen[ro] 1712 F. – ₤ 4085 ,, 15

Per mano del Nob. Sig. D. Attilio Moises D[r]. Cass[ro]
Dal dì 26 Febbr[o] 1712 fino al dì 30 Marzo 1713 – F. – ₤ 4235 ,, —

Suma – F. – 8320 ,, 15

[illegible]m Sup[illegible]

1713 primo Aprile

Ristretto di quanto in questo giorno si ritrova denaro effettivam.te esistente delle applicazio: ni fatte alla nuova Fabbrica del Duomo.

Denaro di rag.ne delle F1000 della Posta di Ed.ni in Venezia raccolto fino al dì ultimo sett.e 1711, come nel Conto - - - - - F - 3500.

Denaro di rag.ne del soldo per libra dell'olio raccolto per tutto detto g.no, come nel conto F - 9920

Denaro di detti due ragioni; e di ragioni in: oltre degli accrescimenti delli altri Dazij, depositato in monte dal Cam.o di Com. Sabba: tini nell'annata principiata 1711 ult.o sett.e, e terminato ultimo settem. 1712. come nel Conto - - - - - - F - 12213

Denaro depositato dal Cand.o di Com. Venuti per conto dell'annata corr.e - - - - F - 2747

Summa — F 28380

Si debatte il Speso finora, come nel calculo, per la nuova Fabbrica della sud.a Chiesa — F — 8320

Avanzano — F 20060

otthrim Sup

[illegible]ttinim Sup[illegible]

[illegible]ttinim sup[illegible]

Statutum captum in generali Consilio Arenghi civitatis Utini sub millesimo quadringentesimo trigesimo octavo, indictione prima, die tertia mensis Februarij.

Rubrica de bonis immobilibus alienandis absque repetitione Agnatorum, et Vicinorum.

Quoniam multae lites ortae sunt, et quotidie oriuntur propter constitutionem de Agnatis, et Vicinis; ideo volentes dictas lites abolere, statuimus, et ordinamus. Quod de caetero quilibet possit emere, vel in solutum accipere à quocunque persona bona immobilia in terra Utini existentia, nec teneatur ea vendere, seu in solutum dare alicui Agnato, Agnatae, Vicino, vel Vicinae venditoris; vigore Constitutionis Patriae, situatae sub Rubrica de Agnatis, et Vicinis: imò dictam Constitutionem in hac Terra Utini, et in bonis immobilibus existentibus in hac Terra Utini cassamus, et annullamus, et volumus esse nullius valoris, et efficaciae, et habeat locum praesens ordinamentum etiam in bonis immobilibus, quae venduntur ad incantum super Platea communis Utini existentibus in Terra Utini: et si quis contrafecerit huic statuto cadat in poenam unius Marchae Denariorum, cuius tertia pars sit Domini Capitanei, et reliquae duae partes sint communis, et nihilominus praesens ordinamentum habeat roboris firmitatem. Et hoc statutum

habeat locum solum in contractibus fiendis non autem in factis.

Litteræ Ill.mi Senatus Veneti confirmantis ipsum statutum.

Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus, et sapientibus viris Thomæ Duodo de suo mandato Locumtenenti Patriæ Foriiulij, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. Significamus vobis, quod in nostro Consilio Rogatorum in præsentibus millesimo, et indictione, et die XXiiij. instantis capta fuit pars infrascriptionis. V3. Cum fidelis Comunitas nostra Utini per suos Oratores nobis exponi fecerit, quod vigebat ibi alias quædam Constitutione de Agnatis, et Vicinis in facto emptionis, et venditionis bonorum Utini, quæ erat dictæ Comunitati valde damnosa, ipsa Comunitas convocato Arengo suo in præsentia q. nob: viri Victoris Bragadino tunc Locumtenentis nostri illius Patriæ reformavit illam Constitutionem, ac de novo condidit quoddam statutum super illa materia ad comunem utilitatem, et comodum illius Terræ Utini, quod statutum per ipsam Comunitatem, et Arengum suum conditum, idem Locumtenens noster etiam confirmavit. Et licet ipsa Comunitas, sicut asserit semper retroactis temporibus habuerit iurisdictionem, et facultatem faciendi

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

statuta, et ordinamenta pro bono publico illius Terrae Utini,
quae libertatem, et consuetudinem etiam nostra Dominatio
confirmavit; tamen quia per quosdam Advocatos, et
Procuratores, aut alios allegatur illud statutum non esse
ex toto validum, nisi per nos etiam fuerit confirmatum,
ipsi Oratores nomine dictae Comunitatis devotissime supplicarunt,
ut statutum approbare, et confirmare dignemur. Vadit pars
pro complacentia, et comuni utilitati illius fidelissimae
Comunitatis nostrae, et Terrae Utini; Quod dictum statutum
in ea forma, qua per ipsam Comunitatem factum est, et
approbatum per Locumtenentem nostrum praedictum auctoritate
huius Consilii confirmetur, et roboretur, ac mandetur
Locumtenenti nostro Patriae praesenti, et futuris, quod ipsum
statutum observent, ac faciant per omnia tempora
inviolabiliter observari. Quare mandamus vobis
quatenus suprascriptam partem, et contenta in ea observare, et
observari facere inviolabiliter debeatis, facientes has
nostras litteras in actis nostrae Cancellariae ad futurorum memoriam
registrari.

Dat. in nostro Ducali Palatio die penult. Augusti, ind. 4ta 1441

F: della Siega Canc.r

Praemissum statutum cum subiunctis litteris Ducalibus
mediante aliena manu sibi ex fida eduxit, subscripsit et signavit
Thomas Fabricius mag.cae Civitatis Utini Canc.rius

BIBLIOTECA CIVICA UDINE

N.° 13

Leggi nel portare
à m.
1326 7 agosto

In Xpi nōie Amen. Anno ejusdem Nat.s 1326.
Ind.e IX.a Die 7 intrante Augusto.

Sciant, et cognoscant omnes homines tam absentes quam presentes Talia Statuta esse in Spegrembergo ut inferius plene continetur Que Statuta aptare, ratificare et confirmare placuit Nobb: Viris Dnis Preogne, et Bartholomeo Fribus de Spegnimbergo cum Consilio habitatorum et ... suorum de Spegrembergo de Capitulo ad capitulum ut inferius per ordinem dictum, et scriptum est.

Capitulum de vulneratis cum armis vetatis

Item statuerunt quod si aliquis vulneraverit aliquem cum armis vetatis XXV. Libr. par. solvat medietatem Dnis, et aliam medietatem comuni, et satisfaciat vulnerato ad arbitrium et dictum bonorum hominum

Capitulum Cruentati absq. armis vetatis

Item statuerunt quod si quis cruentaverit vel percusserit aliquem absq. armis vetatis centum centum solidos solvat medietatem Dnis et medietatem Comuni, et satisfaciat cruentato seu percusso ad arbitrio Bonorum hominum, et si ille qui cruentatus fuisset, vel percussus ostendere, et probare non posset, et iurare vo=

fuerit coram Dominio et cruenta vel percussio erit patens et manifesta habet ei fides per Dominium haberi et poena dari si fuerit de nocte nisi ille qui ipsum cruentaverit contra ostendet hoc sibi fecisse se tuente si in loco fuerit remoto credatur cruentato sicut de nocte. (

Capitulum Voluntatis Dni.

Item de predictis statutis universis, et singulis semper Domini Terre habeant potestatem addendi, minuendi, corrigendi ad eorum libitum voluntatis cum consilio hominum territorii.

V✶✶ Jo: Bapta Causa Cancellus Spilimbergi supra scripta Capitula requisitus fideliter exemplavit ex statuto Spilimbergi omnibus pluribus aliis Capitulis disponentibus, penas que veniunt solvende per delinquentes solui debere medietatem Dnis, et medietatem comuni, ut supra in precedentibus Capitulis similiter apparet, in quorum fidem se subscripsit, et sigillo DD. de Spilimbergo corroboravit.

Le premesse documenti ed altri contenuti nel libro sono inscripto la Haubit pag. 370 esistente in [illegible] apografo [illegible] Jo: Joseph di Villagrada alcuna

[illegible] manu [illegible] cum [illegible]
concordare invenimus; in quorum
Die 12 Febr. 1773

Joseph [illegible]

Nos Ioannes [illegible] pro [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
Fidem facimus, et attestamur suprascriptum [illegible] Ioseph [illegible]
esse talem, qualem se facit; ideoque in quorum
Datum die 4 Febr. 1773

4. p. [illegible] [illegible] [illegible]

Otti

1914-917

CATEGORIA XI.

BIBLIOTECA COMUNALE
VINCENZO JOPPI
UDINE
Ms. 888 II
Loc.

Nova Reformatio Statutorum Juratorum Terre Utini

1402

Monete ch' erano in corso nel Patriarcato di Aquileia nel 1353 e loro valore ragguagliato a quello delle monete d'oggidì giusta i principii stabiliti dal de Rubeis e dal Liruti – Tavola tracciata dal Prof. F. Giavi. – Docum. 419 della Collezione Bianchi. –

	Austriache Lire	Decimali
Un piccolo veneto	–	01885
Un soldo, o veronese	–	225898
Un denaro aquilejese, o frisachese	–	263181
Un grosso	–	601528
Una lira di 20 soldi veneti, o veronesi	4	51172
Una lira di 20 denari aquilejesi	5	263675
Un soldo di grossi, composto di grossi 12	7	21875
Una lira di grossi composta di 20 soldi di grossi	144	375
Un ducato, o zecchino, o fiorino d'oro	14	4375
Un ducato, o zecchino, o fiorino di denari aquilejesi, composto di denari 64	16	8437
Una marca di soldi, composta di soldi 160	36	09375
Una marca di denari aquilejesi, composta di den. 160	42.	10934
Un fortone di soldi, composto di soldi 40	9	023437
Un fortone di denari, composto di denari 40	10.	5273

Millesimo Quadringentesimosecundo. Indictione X
Nova reformatio Statutorum Juratorum Terre Utini.

Et primo quod Becharii teneantur dare unam libram carnium unicuique petenti. Capitulum. I.

Statutum fuit et ordinatum quod quilibet becharius de carnibus cuiuscumque maneriei habuerit cuilibet petenti unam libram et plures pro precio ordinato vel ordinando pro tempora dare teneatur sub pena decem soldorum veronensium parvorum.

Quod Becharii non audeant vendere carnes alibi quam in macello. Cap. II.

Firmatum fuit quod nullus becharius carnes alibi quam in macello audeat excoriare in Utino, nec illas extra macellum audeat apportare, sed de ipsis omnibus petentibus dare pro precio ordinato in macello et vendere. Siquis autem contrafecerit perdat soldos 12. Carnes autem sint officialium becharie. In sero autem domum valeat carnes apportare, et presentare eas ponderatoribus supradictis sub pena predicta cum eas portaverit ad macellum.

De vendentibus fiatum ad pondus et alia membra animalium. Cap III.

Item statutum et firmatum fuit quod nullus becharius de Utino, sive alia persona exercens artem becharie vel faciens exerceri, in Utino, audeat vendere fiatum vel carnes mortuas, sive pedes cuiuscumque animalis ad pondus cum aliis carnibus, sed per se et non cum aliis carnibus. Qui autem contrafecerit solvat soldos 12 Capitaneo et Juratis.

De ementibus edos vel agnos ultra confinia. Cap. IV.

Item firmatum fuit quod nullus becharioum agnum vel edum audeat emere in Utino ultra domum Ucighutti Pinciani, et domum olim Riugnatti, et Pontem Rugie Porte Glemone. Qui autem contrafecerit cadat in pe=

nam 12 soldorum.

Super eodem capitulo de edis et agnis vendendis. Cap. V.

Ordinatum et firmatum fuit quod nullus Vicinus becharius terre Utini alibi emere audeat agnos et edos quam infra confines deputatos in terra Utini. Et si emerit infra confines terre Utini, vel alibi extra terram Utini, eos incontinenti in macello excoriare et excoriari facere, et ibidem vendere debeat et dare cuilibet petenti pro precio ordinato. Et ipsis venditis alicui, sine dilatione vel mora illas carnes edinas vel agninas exportari faciat. Et dato quod alicui vendite essent carnes agni et edi, et reperte fuerint in macello, quod ipsas carnes cuilibet petenti vendere debeant et teneantur becharii dicte terre pro precio antedicto. Item quod si vendere non possent usque ad noctem, eas ad domum apportatas de nocte, de mane reportare ad macellum predictum debeant et ponderatori pro tempore presentare et omnino teneantur, et eas ibi vendere ut iam dictum est sub pena 10 soldorum.

× Quod nullus causa revendendi audeat emere agnos vel edos nisi fuerit becharius. Cap. VI

Item quod nullus in Utino nisi becharius fuerit agnos vel edos causa revendendi audeat emere sub pena 12 soldorum.

Quod nemo becharius audeat tenere agnos vel edos vestitos. Cap. VII.

Item firmatum fuit quod nullus becharius agnos vel edos postquam excoriati fuerint audeat tenere vestitos cum pelle nisi ea die qua excoriati fuerint sub pena 12 soldorum.

Quod nullus becharius audeat incidere carnes ante Primam. Cap. VIII.

Item ordinatum fuit per eosdem quod nullus becharius Utini audeat incidere carnes ad vendendum in becharijs ante primam. Et quod quilibet becharius illas ponderatas consignare teneatur antequam incidat eas, seu carnes castratinas pro carnibus castratinis et carnes pecudinas pro carnibus pecu-

-dinas, et illas carnes pro his que essent. Qui autem contrafecerit cadat in penam 40 denariorum solvendorum Capitaneo et Juratis terre.

Quod nullus becharius audeat vendere carnes pecudinas pro carnibus castratinis, et alias pro his que non essent. Cap. IX.

Item ordinatum fuit quod si quis becharius Utini vendiderit carnes pecudinas pro carnibus castratinis, aut alias carnes pro his que non essent, incidat penam 40 denariorum, et non possit uti arte becharie ad annum et diem. Et de hoc stetur sacramento illius qui accusaverit eum si fuerit bone fame etiam si non esset officialis.

Quod becharius teneatur ostendere ponderatoribus. Cap. X.

Item ordinatum et firmatum fuit quod quilibet becharius Utini qui ubicumque emerit bestiam aliquam, illam ponderatori Communis infra tercia diem postquam emerit ostendere et consignare teneatur, visto tamen impedimento cessante, quod sit in deliberatione dominorum Capitanei et Consilii. Et qui contrafecerit cadat in penam unius marche denariorum. Et de hoc credatur sacramento illius qui accusaverit eum si fuerit homo dignus fide.

Quod quilibet forensis et vicinus qui emerit carnes a becharijs Utini teneatur dare precium carnium officialibus Cap XI.

Item firmatum fuit quod quilibet forensis et vicinus qui emerit carnes a becharijs Utini teneatur quandocumque fuerit requisitus ab officialibus Communis Utini dicere predictis veritatem de precio predictarum carnium. Ita quod qui contrafecerit, vel denegaverit dicere veritatem 10 soldos pro qualibet vice solvere teneatur

Quod nullus becharius audeat carnes excoriatas portare ad macellum. Cap. XII.

Statutum et ordinatum fuit quod aliquis becharius non audeat nec presumat portare vel portari facere carnes alicuius conditionis in becharijs

excoriatas. Ita quod qui contrafecerit cadat in penam 40 denariorum, et quod infra annum et diem non possit uti arte becharie

Quod nullus becharius audeat accipi facere Rognonos. Cap. XIII.

Item firmatum fuit quod si aliquis becharius acceperit vel accipi fecerit de aliquali bestia rognonum, vel pinguedinem sive grassum de carnibus acceperit, cadat in penam 10 soldorum, et nichilominus perdat carnes, cuius medietas sit domini Capitanei, et alia medietas officialis.

Quod nullus becharius presumat plures carnes tenere in uno eodemque disco. Cap. XIV.

Item ordinatum et firmatum fuit quod quilibet becharius terre Utini qui habuerit in macello de duplici manerie vel plurimumplici carnium, scilicet castralinarum, pecudinarum, mottoninarum, et aliarum, quod illas carnes messedare et miste incidere non audeat ad vendendum, sed primo castralinas, et postea pecudinas incidere ad vendendum possit. Et qui contrafecerit cadat in penam 40 denariorum.

Quod nullus audeat ponere pironum in carnibus. Cap. XV.

Statutum et ordinatum fuit quod nullus becharius audeat vel presumat ponere in carnibus que vendentur per ipsos becharios aliquid pironum vel spetum. Et qui contrafecerit cadat in penam 10 soldorum pro qualibet vice.

De Bechariis dicta sufficiant.

De Piscatoribus ementibus circa vendendi pisces alibi quam in Aquilegia et Marano. Cap. I.

Statutum et firmatum fuit quod nullus piscator de Utino circa revendendi audeat emere pisces qui deferentur de Aquilegia vel de Marano, alibi quam in locis Aquilegie et Marani. Et qui contrafecerit perdat 40 denarios et mercatum.

Quod piscatores teneantur portare pisces super foro novo ad vendendum. Cap. II.

Firmatum et ordinatum fuit quod quicumque piscator conduxerit seu portaverit aut portari fecerit pisces recentes in Utino, debeat illos portare seu portari facere de mane super foro novo, et ponere illos super dischis, nullos dimittendo seu tenendo in cistis super foro, nec ad domos eorum sive ad hospitia portare et vendere possint ad eorum voluntatem usque ad horam quae pulsatur campana ad fabam sub pena et banno mediae marche denariorum, et perdendo pisces aliter inventos. Et his qui superfluerint pulsata dicta campana, dominus Capitaneus teneatur facere incidi caudas omnibus, et quod nullus piscator audeat amplius pisces predictos ad vendendum portare sub eadem pena.

Quod nullus piscator forensis audeat in mercato cum piscibus hospitari. Cap. III.

Statutum fuit quod nullus piscator forensis audeat vel debeat hospitari in Mercato novo Utini, nec in aliqua domo alicuius vicini infra muros cum piscibus, sub pena et banno mediae marche denariorum. Venditis autem piscibus, hospitari valeat ubi et apud quem voluerit non obstantibus predictis.

Quod nullus vicinus audeat cum forensi piscatore partem habere. Cap. IV.

Item statutum fuit quod nullus vicinus terrae Utini possit habere vel audeat tenere societatem cum aliquo piscatore forensi, nec iuvare aliquem piscatorem forensem ad vendendum pisces suos quos portaverit, nec ab eo emere circa revendendum aliquos pisces recentes sub pena mediae marche denariorum et perditionis piscium qui reperirentur fore in societate contracta vel aliter contra presens ordinamentum.

Quod nullus hospes audeat emere pisces ante meridiem ultra quinque denarios. Cap. V.

Item quod nullus Osterius, nec aliquis alius pro eo audeat emere pisces ante horam campane a faba ultra quinque denarios. Et si forte mul-

ti hospites forenses alicui hospiti supervenirent, tunc possit plus emere petita licentia prius a domino Capitaneo. Nec audeat emere, seu emi facere pisces recentes alibi quam super foro novo Utini, salvo quod Aquilegie et Marani, sub pena et banno, predicte medie marche.

De Caseo.

De vendentibus caseum ad minutum. Cap. I.

Firmatum fuit quod quicumque caseum ad minutum vendere voluerit, de illo dare teneatur pro precio ordinato cuilibet petenti mediam libram et integram, et ab inde supra. Et caseus qui incisus fuerit ad vendendum, sive magnus sive parvus fuerit, in tabula tenere teneatur venditor postquam incisus fuerit. Qui autem contrafecerit perdat 10 soldos veroneses parvorum.

De forensibus vendentibus caseum. Cap. II.

Item firmatum fuit quod nullus forensis audeat vendere caseum ad retaglumen in Utino, ad oculum bene possit vendere, sed non habere suam stateram. Et si vendiderit in grossum teneatur ponderare ad stateram Communis Utini. Et qui contrafecerit perdat caseum et 12 soldos cum statera. Salvo quod quilibet vicinus Utini caseum quem emerit a Carnellis, vel aliis personis usque ad 25 libras cum propria statera valeat ponderare, eciam si vicinus caseum quem emerit a Sclavis vel aliis personis tot quot fuerint sua propria statera valeat ponderare.

De caseo non emendo alibi quam in platea circa revendendi. Cap. III.

Item firmatum fuit quod nullus circa revendendi caseum audeat alibi quam in platea fori novi emere negociare seu forum facere. Et qui contrafecerit perdat 20 soldos. Salvo quod quilibet vicinus Utini impune possit emere caseum pro suo usu tamen, sed non circa revendendi, in foro, burgis et villa Utini.

De caseo non portando extra terram Utini per forensem. Cap. IV.

Item firmatum fuit quod nullus forensis extra terram Urni ultra 25 libras casei audeat exportare sub pena 12 soldorum, et eius quod superfluerit de dictis 25 libris casei.

De caseo non exportando per vicinum extra terram. Cap. V.
Item firmatum fuit quod nullus vicinus Urni extra Urinum caseum ad vendendum audeat exportare. Salvo quod quilibet vicinus ad mercata et festa principalia usque ad centum libras valeat portare. Siquis autem contrafecerit perdat. 20 soldos.

De Vino.

De vasis in taberna tenendis, que sint recte mensure. Cap. I.
Statutum et firmatum fuit quod nullus Tabernarius Ciffos, Ollas sive bocias, muzolos et alia vasa terrea, vitrea, aut lignea ad portandum vinum tenere audeat in taberna ni teneant ultra buciam plenam, sub pena 12 denariorum totiens quotiens commiserit Juratis applicanda. Huiusmodi autem vasa ultra buciam non tenentia quilibet Juratorum possit frangere, et inquisitionem facere de eisdem, et alia persona quandocumque dictis Juratis videbitur expedire.

De Tabernariis debentibus tenere vasa. 16. Cap. II.
Item firmatum fuit quod Tabernarii qui venduntur vinum, quando incipiunt vendere, tam ciatos quam alia vasa competentia habere debeant usque ad sexdecim tenentias ultra buciam, sub pena 12 soldorum. Et quod nullus accipiat de vasis huiusmodi sub pena predicta. Salvo quod si aliquis sine fraude ruinperet. Et nihilominus solvat pro extimationem vasis fracti, et ipsum tabernario satisfaciendo ante querelam nihil solvat dominio.

De non vendendo vino ultra impositionem. Cap. III.
Item firmatum fuit quod omnis qui vinum vendere voluerit illud secundum impositionem factam vendere teneatur. Et quod nul-

lus donet alicui vinum sub spe habendi aliquod premium, nec alienet aliquo modo ultra impositionem. Et qui contrafecerit cadat in penam unius marche denariorum. Siquis autem ultra impositionem vendiderit, credatur sacramento illius qui emerit si fuerit bone fame. Totiensque cadat in penam quotiens contrafecerit. Vinum etiam ad buciam seu mensuram Communis ad hoc deputatam, et non ad bocale seu aliam mensuram vendere teneatur sub pena predicta. Et tabernam aptam tenere etiam teneatur.

Super eodem. Cap IV.

Provisum et ordinatum fuit quod Statutum de vendentibus vinum ultra impositionem et sine mensura Communis Utini sicut scriptum est obtineat firmitatem, hoc addito quod dominus Capitaneus cum Camerario et Juratis Communis quecumque vendentem vinum extra impositionem possint et teneantur quam cito sciverint cogere eum ad vendendum et dandum ipsum vinum publice omnibus volentibus secundum impositionem factam, et penam tunc imponere possit de quadraginta denariis pro quolibet precepto quod fieri facient, Juratis et Capitaneo applicanda pro rata.

De tabernariis non trahentibus plenam buciam. Cap V.

Item ordinatum et firmatum fuit in generali arrengo populi et Communis terre Utini quod Tabernarii vendentes vinum cuiuscumque maneriei et condicionis si reperti fuerint ter in die male trahens idest mensuram ordinatam minus plenam ex inquisitione facta his pro Juratos Communis quibus pertinet inquisitio in predictis condemnari debeant in una marcha denariorum Aquilegensium si fuerint solvendo. Et nihilominus vendens et male trahens sic in fraudem inventus sit vendendo vinum in Utino publice ad spinam privatus per annum. Si autem huiusmodi male trahens inventus ut supradictum est non esset solvendo, tunc diebus tribus stet ad Birlinam, et quod Jurati simul et divisim ad requisitionem Capita-

nei et Procuratores Communis teneatur singulis diebus suum exercere officium, et delinquentes quodlibet condemnare. Quod si neglexerint dominus Capitaneus ipsos possit et debeat facere pignorari pro denarios 40 pro quolibet cessante.

De ponentibus lumen Rocii in Rabiolo. Cap. VI.

Item firmatum fuit quod omnes et singuli vendentes Rabiolum iurent non apponere vel apponi facere lumen de Rocio in ipso Rabiolo, nec in aliquo alio vino. Quod iuramentum deferri debeat de quarto in quartum mensem per dominum Capitaneum et Iuratos, aut aliquem ipsorum, predictis venditoribus sive mercatoribus huiusmodi vini, et ponentes accusatores de scientia vel auditu. Et si contrafecerint periurii notam incurrant, et ultra id solvant marcham unam denariorum.

Quod nullus audeat missere terranum cum Rabiolo. Cap. VII.

Item ordinatum fuit quod nullus vicinus vel habitator Utini audeat miscere vinum terranum cum Rabiolo de Collibus vel de Istria, nec aliquod vinum extraneum, sub pena et banno medie marche denariorum.

Quod vicinus emens vinum a forensi, illud in aliam Canipam transferre teneatur. Cap. VIII.

Item ordinatum fuit quod nullus forensis audeat vel presumat vinum in Utino vendere ad minutum ibidem incanevatum. Item quod nullus vicinus Utini a forensibus emere audeat vinum incanevatum sub hac spe falsitatis et fraudis ut vendat dictum vinum nomine dicti forensis vel forensium ipso habente precium pro vendicione ad minutum. Sed si emerit vinum incanevatum vicinus ab aliquo forensi sine dicta falsitate vel fraude ut de hac sit in arbitrio Consilii Utini, tunc illud vinum per vicinum emptum in aliam Canipam trasportare omni-

modo teneatur et debeat. Et ibi id vinum vendere impune possit. Alioquin si vicinus aliquis contra predicta fecerit, cadat in penam unius marche denariorum. Et nichilominus vinum totum cum toto vase amittat et perdat, dividendum et applicandum predictis personis. Item si forensis aliquis vendiderit vinum ad minutum in terra Utini, cadat in penam medie marche denariorum pro quolibet vase.

De ponderatoribus farine, bladi, et becharie inventis. Cap. I.

Item reformatum fuit et statutum quod siquis ex ponderatoribus farine, bladi et becharie in ponendo carnes minus bonas pro bonis, inventus fuerit in fraudem, aut non manifestaverit illum qui occiderit seu vendiderit absque consignatione, seu aliam fraudem et dolum farine et bladi occultaverit, ab officio perpetuo sit privatus, et nichilominus solvat denarios 40. Insuper ad subsequentium officialium correctionem eidem dolum et culpa proclametur publice per plateas. Et nichilominus eligantur duo, tempore mutationis huiusmodi officialium, boni viri de terra Utini, vel plures, duraturi pro singulos quatuor menses.

De residentia ponderatoris ad pesam. Cap. II.

Item statutum et ordinatum fuit quod ponderator bladi et carnium pro tempore qui erit continuo sine fraude permanere debeat et residentiam facere in die apud pesam bladi a mane usque ad horam consuetam. Quicumque pro qualibet vice qua requisitus fuerit per officiales et Capitaneum, et ibi repertus non fuerit, cadat in penam 10 soldorum. Salvo tamen causam legitimam si ostendere posset.

De restitutione bladi ad pondus facienda per molendinarios. Cap. III.

Item firmatum fuit quod quilibet molendinarius farinam restituere teneatur ei cuius bladum fuerit ad pondus. Et si restituere non vellet id quod defecerit, solvat soldos 10, et farinam nichilominus restituere teneatur.

De pondere panis pro tempore. Cap. IV.

Item provisum fuit et reformatum quod Jurati debeant facere fieri pondera de ferro seu metallo de tot unciis de quot esse debet panis qui sit ad vendendum in terra Utini vel eius pertinentiis incipiendo pondus ad 20 denarios star, aliud 22 den. star, aliud ad 24. Et deinde ascendendo de duobus in duobus pro quolibet pondere duo denarii pro stario frumenti computando in ponderibus huiusmodi Salarium Fornatoris et dacia Communis, necnon et mercedem seu lucrum faciendum decenter per vendentes panem. Et ipsa pondera dare debeant fornatoribus qui nunc sunt et fuerint, et mutare pondus de septimana in septimana, et de mense in mensem, et plus et minus secundum quod frumentum vendetur, vel secundum quod eis videbitur convenire.

Et primo quando frumentum valet communiter denarios 20, panis coctus debet ponderare uncias 15 et mediam et sacios 2, et caratos 8, et dando tres panes pro denario.

Item quando valet frumentum 22 ponderare debet panis coctus unc. 15 et sacios 2½

It. quando valet 24 ponderare debet	unc.	14	et sac. 1.			
It. quando valet 26 pond. deb.	unc.	13	sac. 2	caratos	4
It. quando valet 28 pond. deb.	unc.	12	sac. 1	car.	6
It. quando valet 30 pond. deb.	unc.	11	sac. 2	car.	12
It. quando valet 32 den. pond. deb.	unc.	10	sac. 1½	car.	2
It. quando valet 34 den. pond. deb.	unc.			car.	28
It. quando valet 36 den. pond. deb.	unc.	8½	sac. ½	car.	3
It. quando valet 38 den. pond. deb.	unc.	9	sac. ½	car.	5
It. quando valet 40 den. pond. deb.	unc.	8½	sac. 1	car.	4

It. quando valet 42 den. pond. Deb. uni. 8 sai. $\frac{1}{2}$ car. 7.
It. quando valet 44 den. pond. Deb. uni $7\frac{1}{2}$ sai. $1\frac{3}{4}$ car. 4
It. quando valet 46 den. pond. Deb. uni. $6\frac{1}{2}$ sai. $\frac{3}{4}$ car. 6
It. quando valet 48 den. pond. Deb. uni. 7 sai. 2
It. quando valet 50 den. pond. deb. uni. 7 —— car. 7
It. quando valet 52 den. pond. deb. uni. $6\frac{1}{2}$ sai. $\frac{3}{4}$ car. 7.
It. quando valet 54 den. pond. Deb. uni. $6\frac{1}{2}$ — car. 8
It. quando valet. 58 den. pond. Deb. uni. 6 sai. 2 —
It. quando valet. 60 den. pond. Deb. uni. $5\frac{1}{2}$ sai. $2\frac{1}{2}$ car. 6
It. quando valet 62 den. pond. deb. uni. $5\frac{1}{2}$ sai. $1\frac{3}{2}$ car. 5
It. quando valet 64 den. pond. Deb. uni. $5\frac{1}{4}$ sai $1\frac{1}{2}$ car. 5
It. quando valet 66 den. pond. Deb. uni. 5 sai. $2\frac{1}{2}$ car. 6
It. quando valet 68 den. pond. Deb. uni. 5 sai. 2 car. 1.
It. quando valet 70 den. pond. Deb. uni 5 sai. 1. car. 2.
It. quando valet 72 den. pond. Deb. uni. 5 — car. 7
It. quando valet 74 den. pond. deb. uni. 4 sai $2\frac{1}{2}$ car. 2.
It. quando valet 76 den. pond. Deb. uni. $4\frac{1}{2}$ sai. $1\frac{1}{2}$ car. 8.
It. quando valet 78 den. pond. Deb. uni. $4\frac{1}{2}$ sai. 1. car. 5
It. quando valet 80 den. pond. deb. uni $4\frac{1}{2}$ sai. $\frac{1}{2}$ car. 2.

De non facientibus panem ad pondus. Cap. V.

Item firmatum fuit quod quelibet persona faciens panem in Utino vel eius pertinentiis ad vendendum teneatur facere panem ipsum ad pondus datum tunc temporis per Juratos Communis Utini, sub pena et banno 10 soldorum pro quolibet pane et amissionis eisdem panis.

De pane venali bullando et bullis dandis per Juratos qui sunt vel erunt pro tempore. Cap. VI.

Item statutum et ordinatum fuit quod per Juratos, qui sunt vel erunt pro tempore, expensis Communis fieri debeant bulle figurate singulariter aliqua litterarum alphabeti que assignari debeat

fornatoribus per Juratos predictos ad panem venalem bullandum. Et nemo fieri faciens panem contravenire presumat sub pena 10 soldorum.

Quod fornatores teneantur bene coquere panem, et non devastare. Cap. VII.

Statutum et deliberatum fuit quod quicumque fornarius non bene vel minus sufficienter coquens panem venalem, pro qualibet vice et pro qualibet furno cadat in penam 20 soldorum. Et utrum bene vel male sit coctio panis huiusmodi remaneat in arbitrio dispositione et cognitione Juratorum terre Utini.

De quartariis et mensuratoribus bladi, et eorum salario.

Statutum et ordinatum fuit quod nullus quartarius, vel daciarius quartarum qui decetero mensurabit bladum aliquid super foro Utini audeat vel presumat aliquid accipere ultra quatuor parvulos pro singulo stario. Et qui contrafecerit cadat in pena pro qualibet vice 20 soldorum Juratis applicandam.

De belanciis tenendis per Juratos in eorum officio.

Item quod quilibet Juratorum Communis habere debeat suas belancias cum pondera et statera expensis Communis. Et omnes et insimul et quilibet pro se possit et teneatur inquirere et ponderare et accusare Domino Capitaneo quoscumque culpabiles. Et sibi credatur sicut si omnes quatuor essent simul. Et per omnem modum quem crediderint fore utiliorem pro iustitia conservanda possint et debeant inquirere de predictis.

Quod quilibet teneatur mensurare ad brazolarium Veneciarum.

Item quod quilibet mensurare debeat ad brazolarium, seu mazum, seu aliam mensuram de Veneciis, bulla Utini per iudices bullatum. Ita quod qui contrafecerit, et in vendendo vel emendo cum

huiusmodi brazolario repertum fuerit in fraude, videlicet quod brazolarius sit maius vel minus, quam debeat, solvat denarios 40.

Quod quilibet teneatur ponderare cum recta statera.

Statutum et firmatum fuit quod secundum pondus Veneciarum tam de statera quam de belancia in Utino debeat ponderare cum recta statera et recta belancia et recto pondere sive marco. Ita ut qui contrafecerit et per iuratos contrafaciendo repertus fuerit cadat in tantam penam quantum erat precium rei vendite, sive receptum fuerat per venditionem sive non. Et nichilominus solvat denarios 40. Si vero quis non fuerit predictis contrafaciendo repertus, sed statera vel belancia non adequata ut premittitur, vel non recta fuerit in eius domo reperta, cadat in penam 40 denariorum pro qualibet vice, et frangatur statera seu belancia huiusmodi. Et quod per Communi due fiant statere, quarum una sit ponderis 10 librarum ex parte una, et 20 ex alia. Et quod quilibet qui voluerit cum statera ponderare, illam cum statera Utini debeat adequare.

De ponderantibus cum statera non bullata bulla Iuratorum.

Item statutum fuit quod nemo vendens vel emens ad pondus audeat vel presumat vendere absque statera vel belancia non bullata bulla Iudicum in pena 40 denariorum imponenda venditori vel emptori, scilicet ei cuius cum statera vel belancia fuerit contrafactum. Et intelligatur sua etiam si ab alio habuerit accomodata. Et nichilominus statera sive belancia frangatur.

Quod nullus utatur statera cum unciis minutis.

Provisum et statutum fuit quod nulla persona in Utino audeat tenere vel emere seu vendere cum aliqua statera que sit minoris ponderis trium unciarum inter libram secundum modum

staterum Communis Utini que fit ad pondus de Veneciis. Sub pena 40 denariorum. Et quod quilibet Juratorum possit et debeat inquirere et frangere stateras taliter inventas. Et credatur de hoc cuilibet Juratorum.

De textoribus panni lini.

Item firmatum et ordinatum fuit quod textores panni lini in Utino et eius pertinentiis commorantes non audeant aliquam telam facere seu texere eorum vel alterius persone que tela non sit latitudinis quinque quartarum et medie, sub pena et banno 40 denariorum.

De fornesariis super vendenda calcina

Item firmatum fuit quod omnes fornesarii qui morantur in pertinentiis Utini debeant mensurare et vendere calcinam ad congium sive cevram Communis Utini, quod congium quilibet fornesario dari debeat per Camerarium Communis et unum salvari pro Communi. Et sint bullata bulla Communis. Et dare et vendere teneantur ipsi fornesarii cevram predictam calcine de coniis pro denarios 4, de[illegible] pro denarios 3, et de farina pro soldos 2. Et qui contrafecerit cadat in penam medie marche denariorum. Et de hoc credatur sacramento eius qui emerit si fuerit bone fame.

De vendentibus salem super curribus in mercato.

Item firmatum fuit quod nullus de cetero audeat vendere salem in mercato Utini super curribus seu gratonis, sub pena 40 denariorum.

De ementibus pullos, capones, gallinas et infra confinia anidmo revendendi.

Item firmatum fuit quod nullus circa revendendi in villis nec

infra confinia terre Utini, nec iuxta portas burgorum, ova, gallinas, vel pullos, aut capones, vel anseres et anates audeat emere. Siquis autem contrafecerit, perdat 20 soldos et mercatum. Siquis autem predicta emerit pro revenditoribus, vel ea dederit, cadat in predictam penam, et quilibet possit accusare.

De ovis, gallinis, pullis & non exportandis.

Item quod nullus vicinus vel forensis extra terram Utini, circa revendendi, ova, gallinas, pullos, capones, anseres, anates, atque salvaticinas et lepores, audeat exportare. Qui autem contrafecerit perdat soldos 20 et mercatum.

Quod nemo vicinus audeat vel presumat emere pullos extra portas Utini, videlicet infra confinia consueta.

Ad obviandum seu repugnandum maliciis et fraudibus &c statutum fuit quod nemo vicinus terre Utini, aut forensis audeat deretero emere, vel emptum ire pullos extra portas terre Utini videlicet infra confinia consueta et deputata, pena ut supra.

De ementibus cantonos aut lastras ante horam.

Firmatum et ordinatum fuit quod nullus vicinus Utini vel forensis audeat vel presumat circa revendendi, emere lastras aut cantonos in terra Utini aliquibus diebus, nec die lune, nec die Martis, et sic subsequenter de aliis diebus singulis. Et qui contrafecerit solvat pro qualibet vice denarios 40. Et nichilominus perdat mercatum, et accusator teneatur secretus.

Quod nullus audeat emere cazolas neque assides ante meridiem.

Item statutum et firmatum fuit quod nullus in Utino aliqua die, nisi die Sabbati, preterita hora meridiei, circa revendendi, audeat emere ligna, assides, lattas, decorrentes, spangas, ca-

cazolas, vel alia ligna, nec eciam lapides. Et qui contrafecerit perdat soldos 12 et mercatum. Forensis autem causa revendendi nullo modo, nec aliqua hora possit predicta emere, nec eciam conducere, sub predicta pena. Nullus vero vicinus pro aliquo forensi sine licentia gastaldionis vel Juratorum audeat emere supradicta.

Super facto lini et caveciorum non emendorum, nec exportandorum.

Ordinatum et firmatum fuit super facto lini et caveciorum panni lini et filati, quod nullus deinceps audeat vel presumat emere linum sive filatum causa revendendi aliqualiter, vel portandi extra terram, nec facere, neque fieri facere ultra quinque vel sex cavetia pro usu suo, sub pena mercationis et denariorum 40

De Speciariis vendentibus ceram veterem pro nova.

Statutum et ordinatum fuit quod siquis Speciarius, vel mercator, seu alia quevis persona inventus fuit vendens laborerium cere veteris pro cera nova cadat in penam 40 denariorum pro qualibet vice. Salvo quod siquis, de sua cera veteri vellet facere vel fieri facere laboreria huiusmodi non causa revendendi, possit facere impune. Et facere teneatur tales vendentes in omni laborerio cere ad una libra infra stupinos de bombace et non de alia re in pena predicta. Preterea siquis fraudem seu falsitatem commiserit in aliquo vel aliquibus exercentibus Speciariam vel apothecariam cadat in penam unius marche denariorum. Et merces huiusmodi comburi debeant per dominium in platea fori novi, exceptione vel gratia penitus remotis.

De proicientibus turpitudinem.

Item firmatum fuit quod quicumque in die turpitudinem vel aquam quamcumque in stratam proiecerit per camellum, fenestram aut ostium solvat 12 soldos. Et de hoc uni soli viro bone fame exhibeatur plena fides. Postquam autem pulsatum fuerit bina vice sonum campane ab igne, quilibet possit proicere aquam mundam sine

fetore, ut sibi placuerit. Sed et si post dictum sonum aliquid turpe vel fetidum proiicierit, puniatur. Et habeat locum totaliter quod supra dictum est

De stercoribus non proiiciendis in stratis publicis.

Item firmatum fuit quod nullus in plateis seu stratis extra domum in olis, mastellis, aut aliis rebus stercora audeat proiicere vel sternere, de die, vel de nocte, sub pena 12 soldorum, de quo credatur uni soli viro bone fame.

De proiicientibus turpitudinem in puteis.

Item firmatum fuit quod quicumque proiicierit turpitudinem aliquam in puteis de mercato, sub monte, et aliis puteis et cisternis solvat unam marcham denariorum. Qui autem turpitudinem fecerit, vel proiicierit infra feramenta putei et alias eorum circumstancias, et feramenta cisternarum solvat denarios 40. Et de hoc credatur uni soli viro bone fame. Et si proiector predictus non habuerit facultatem solvendi dictam penam, capiatur et stet in carcere donec per Capitaneum et Consilium deliberatum fuerit qua pena puniri debeat.

Super eodem.

Item ordinatum fuit quod nullus audeat in aliquem puteorum vel cisternarum, vel in Rugias proiicere gallinas, carnes putridas, vel animalia morbosa vel viciosa, in pena et banno centum librarum. Et teneatur in secreto accusator. Aliquin si non esset solvendo ipse qui proiicerit res morbosas vel viciosas quod sibi abscindatur manus una et pes. Quam penam incurrat etiam qui expresse mandaret quod proiiceretur in puteum vel cisternam ~~aut~~ in Rugias predictas.

De sternentibus in stratis.

Item firmatum fuit quod nullus audeat sternere in mercato vel in Burgis Utini, excepto quod in die Veneris et Sabbati. Et quicumque

straverit illud in die Lune recolligere et die Martis sequenti edu-
cere teneatur. Et hoc locum habeat a festo sancti Georgii usque ad festum sancti Michaelis. Sed in yeme quilibet sternere et colligere possit impune. Si autem recolligeret illud quod stratum fuerit a die sequenti extraducere teneatur sub pena 12 soldorum. Quicumque autem collegerit fimum in stratis aliter quod dictum est, illud infra quatuor dies extraducere teneatur sub pena 10 soldorum, et quod jurati re debeant.

De fimo et letamine

Item firmatum fuit quod nullus in merchato vel burgis Utini fimum de stabulo extractum in strata publica audeat sternere a festo Sancti Georgii usque ad festum sancti Michaelis sub pena 10 soldorum. Siquis autem fimum huiusmodi extra proiecerit, illum extra terram conducere seu conduci facere teneatur ea die, nec etiam audeat foveas facere ad letamen ante domos proprias sub pena predicta, et tempore quocumque.

De fimo non tenendo circa gurgites et Rugias.

Item firmatum fuit quod nullus audeat tenere fimum stratum, vel in mussulinis circa Rugias et Gurgites Utini, nec audeat vel presumat dimittere labi aquas de curiis suis in vias per quas faciliter labi possit in gurgites sive Rugias. Et qui contrafecerit cadat in penam 40 denariorum pro qualibet vice.

De abluentibus in Rugiis.

Item firmatum fuit quod nullus audeat abluere pannos, vel aliquid proiicere in Rugiam porte Glemone, a stupa superiori usque ad portam sancti Quirini. Ventres autem non audeat abluere a ponte intrinseco lapideo burgi superioris usque ad dictam portam sancti Quirini. In Rugiam vero porte Civitatis a domo olim Principis a Ponte Porte Civitati tenendo sursum usque ad

Portam de Laiassina pannos vel ventres abluere, vel pignolatum, vel filatum, vel aliquid turpe proiicere non audeat, sub pena 12 soldorum.

De proiicientibus scorzam in Rugias et seglaria.

Item ordinatum et firmatum fuit quod nullus Caligarius vicinus terre Utini, nec forensis, audeat scorzam proiicere, nec coria excoriare, neque pelles, nec aliquam turpitudinem facere super Rugia Utini superioris Burgi, nec tendere pelles, nec aliquam turpitudinem aliquando facere possit. Item similiter, quod nullus Seglario seu seglarius utatur pendentibus et decurrentibus super dictam Rugiam in pena et banno 40 denariorum. Et idem intelligatur super Rugiis et Surgitibus terre Utini, in pena et banno predicto.

De stabulis porcorum sub tabulis, scalis, vel alibi extra domum propriam.

Item firmatum fuit quod nullus in mercato vel burgis Utini stabulum ad porcos sub tabulis et scalis, vel alibi extra domum propriam tenere presumat, sub pena 40 soldorum.

De filantibus prope poma vel fructus

Item firmatum fuit quod nemo vendens poma seu fructus, lac et herbas, iuxta ea filare audeat sub pena 12 denariorum.

De reparandis stratis publicis et non sternendus in eis.

Firmatum fuit quod dominus Capitaneus, et Jurati Communis Utini sub eorum sacramento semel in mense debeant ire per terram Utini et burgis, et stratas publicas supravidere tam in terra quam in Villa Utini, et ordinare, et constringere etiam sub certa pena ut ducere debeant terram per stratas publicas, et aptent. Et qui habent domos iuxta stratam magistri Francisci, et iuxta stratam Rabioli omnino sint constricti

Quæ costitutiones, ordinationes et Statuta publicatæ fuerunt de mandato suprascripti R.^mi^ Dñi Electi in Villa Arbæ in domo eredum q.^m^ Presbiteri Dominici Misai de Arba per me Rainaldum de Colloreto civem et notarium Utinensem, et curiæ Episcopatus Concordiensis Cancellarium sub anno indictione et die suprascriptis presentibus ad premissa Ven. Dño Plebano Angelo de Adalardis Plebano Spilimberghi, et Presbitero Simone Viceplebano Arbæ predictis testibus, et aliis, et aliis pluribus in magna copia.

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

Seguono conferme di tali Statuti fatte dai Vescovi di Concordia il 21 Ottobre 1586, 20 Luglio 1613, 15 Maggio 1625. e 25 Luglio 1663 e più Decreti de' Luogotenenti che ordinano l'esecuzione de predetti Statuti

Da Copia del Sec. XVIII. presso l'ab. Cicuto parroco di Bagnarola.

Udine li 15 Settembre 1882

Trascrisse G. Missio

[illegible]

IOTECA
A
DI

LITTA

FAMIGLIE CELEBRI

ITALIANE

Fascicolo 15. *Dispensa I.ª*

ATTENDOLO SFORZA

888,17

Statuta Ragoneae anni MCCCCXLII

reformata et italice reddita
anno MDXXXV.

(Ex codice chartaceo sec. XVI. penes Ab. Aloysium Narducci in S. Daniele)

Notizie Storiche

Il castello di Ragogna è per la prima volta ricordato verso la metà del secolo sesto da Venanzio Fortunato. Alla fine del secolo XII, era già in possesso di una nobile Famiglia, probabilmente di origine tedesca, che da Ragogna prendeva il nome e teneva quel castello e beni annessi a titolo di feudo di abitanza in parte dai Duchi d'Austria e in parte dai Patriarchi di Aquileja, ai quali esclusivamente apparteneva la giurisdizione. Verso la fine del secolo XIV, insorte differenze tra i diversi rami in cui si era divisa quella Famiglia, il castello di Ragogna col borgo, case e torri, e beni annessi nel 1389 andò venduto al nobile Giovanni di Nicolussio detto Boglino de' Signori di Pinzano, che immediatamente ne otteneva l'investitura feudale dal patriarca di Aquileja Giovanni di Moravia.

Desiderando poi questo Principe acquistare per la sua Chiesa il forte castello di Ragogna, l'anno 1391 · 19 novembre convenne con Giovanni di Ragogna, che aveva assunto questo nome dopo l'investitura sopra ricordata, di darsi permutare il castello di Ragogna con quello di Torre presso Pordenone con molti beni in quel territorio e coll'aggiunta di 2200 ducati d'oro (1).

Venuto il Friuli l'anno 1420 sotto i Veneziani, la repubblica mandò al governo civile e criminale di Ragogna un suo fidato col titolo di Capitano. Il primo di essi fu Giovanni Diedo che nel 1439 Giovanni Cisilino di Udine. Questi, l'anno 1443, assieme al Consiglio de' vicini e capifamiglia della villa di Ragogna, pubblicò in latino lo Statuto che oggi per la prima volta vede la luce. Interessantissimo Statuto, poichè è fra i pochi che trattano della conservazione de' boschi e di altre cose relative all'agricoltura.

Al Cisilino successe il nobile Giovanni Conti di Roma già condottiero

(1) Dopo questa permuta, la Famiglia di Pinzano-Ragogna, si chiamò di Torre per poi riassumere il cognome di Ragogna, che attualmente conserva.

[illegible]venti. [illegible], colli obbligo di offrire [illegible]
alla Chiesa di San Pietro, un cereo del peso di 10 [illegible].
Successivamente rimasta vacante quella giurisdizione,
con ducale dell'anno 1470. 12 Decembre venne investita
a titolo livellario al nobil Signore Guido fu Bianchino
dell'illustre Famiglia dei Conti di Porcia e Brugnera. L'anno poi 1503. 1 Agosto,
il Conte Pordonino q. Beachino fratello del Conte Guido per
se e fratelli e nipoti coll'esborso di 2000 ducati d'oro si
affrancò del livello ed ebbe il Capitanato di Ragogna colla
giurisdizione in assoluta proprietà, salvo l'alto dominio
della Ducale Signoria e la contribuzione annua di un cereo
del peso di libbre 10 alla Chiesa di S. Marco di Venezia.
Soppresse l'anno 1797 le private giurisdizioni, i possessi
di Ragogna ~~rimasero al~~ ramo del vivente Conte Ernes[to] di
Porcia e Brugnera.

~~Statuti di Ragogna~~

Essendo andato quasi in dissuetudine l'antico Statuto di Ragogna anche
per essere scritto in lingua latina, l'anno 1535 i nobili Consorti
di Porcia e Brugnera approvarono i nuovi Ordini in lingua
volgare. Anche in questi, oltre alcune disposizioni civili e crimi-
nali, si contengono varie disposizioni per conservar le strade,
i boschi e la propagazione dei bovini. Si ha ancora che i Giudizj
erano presieduti dal Capitano o Gastaldo dei detti Conti di Porcia
coll'assistenza de' Giurati e che le pene pecuniarie erano divise tra
il Capitano ed il Consiglio della villa.

G.

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

1

Statuta Ragoneae
Anni MCCCCXLII.

[Ex cod. chart. saec. XVI penes Ab. Aloysium Narducci in S. Daniele].

Sulla I pagina del codicetto leggesi in caratteri eguali a quelli del testo:

1442. 20 Decembris

Diligitis iustitiam qui iudicatis terram. Misericordia et veritas obviaverunt sibi. Justitiam et pax osculatae sunt.

Finito di trascrivere il 31 Ottobre 1862

V. Joppi

2

Statuta Ragonae

MCCCCXLII

Tabula rubricarum.

1 De intrantibus domos alienas et territoria
2 De levantibus lapides et arma
3 De pignoribus per precones accipiendis
4 De pignoribus levandis
5 De premio et mercede preconis
6 De ordine et modo in pignoribus servandis
7 De hora qua iuditium servari debet
8 De citatis et vocatis ad iuditium per preconem
9 De robore et firmitate factorum per Iuratos
10 De processu contra fures fiendo
11 De furto et pena furti comissi
12 De homicidio
13 De vi et violentia virginibus illata
14 De facientibus rumores supra festis.
15 De treguis mandandis
16 De venditione vini ad spinam
17 De castenariis non incidendis
18 De tauris et manziis non castrandis
19 De mensuris bannitis
20 De comunione bannorum
21 De loco iuditii et in eo fiendorum
22 De pena animalium S. Danielis
23 De saliis et viis non devastandis
24 De querelis D. Capitaneo factis
25 De iniuriis non dicendis contra iuratos et officiales
26 De fratta Castri non incidenda
27 De iniuriis contra personas
28 De buscantibus in possessionibus alienis

BIBLIOTECA CIVICA UDINE

29 De frangentibus portas, sepes et clausuras

30 De ponentibus aquam super comunea

31 De ponentibus aquam in possessionibus alienis

32 De uvis non apportandis

33 De frumentis et bladis non pascendis

34 De plantis et pratis non pascendis

35 De rapis non apportandis

36 De via Fanesia non pratereunda

37 De electione Camerariorum

38 De intromissione vicinorum contra forenses

39 De executione intromissionis

40 De cautione prestanda super bonis intromissis

41 De dilatione danda vicinis

42 De executione debiti et instrumentorum

43 De datiis omnibus vendendis

44 De macello et datio macelli

45 De vino et carnibus ponendis

46 De consignatione vini vendendi

47 De salario procuratorum et advocatorum.

BIBLIOTECA CIVICA UDINE

Statuti Friulani

Statuta Ragoneae.
MCCCCXLII. 1)

Jesus.

In Christi nomine amen.

Cum nihil sanctius nihilque felicius in augumentum et felicem successum reipublicae ad bene beateque vivendum Rectoribus Castri Ragoneae visum sit, quam optimis Statutis et iuribus municipalibus eodem gubernio; summo invigilantes studio atque in futurum praecaventes vitam eorum fragilem ~~esse~~ fore et mortalem, statuerunt saltem suo populo iustitiam et equitatem perpetuo efficere immortalem, propterea Statuta et Ordinamenta huiusmodi inventa sunt, autheaticata per totam dicti loci universitatem in plena concione viciniae congregatam sub MCCCCXLII, ind. V, die XX Decembris in plathea dictae Villae, consensu prudentis viri ser Johannis Cipilini de Utino pro nostro Excelso Ducali Dominio Venetiarum Capitanei nostri. Et ne prolixius detineamur, dicere incipiamus:

I Rub. De intrantibus domos alienas et territoria.

Cum manifestae turpitudinis sit aliena violare, statuimus et ordinamus quod si aliqua persona temerario motu ducta in alienas domos intraverit sine licentia cuiusque, puniatur pena 24 solidorum intrando et totidem exeundo: si vero intraverit territoria aliena sine licentia domini puniatur pena 40 solidorum et totum

II De levantibus lapides et arma.

Abusui pravorum obviantes statuimus et ordinamus quod si aliqua persona levaverit lapidem, lignum, guantizam 2), spentum, ronconem aut ensem seu quavis arma animo irato causa offendendi aliquam personam et extra manum proiecerit aliquid predictorum et percusserit sine sanguinis effusione puniatur pena 8 sol. ut antiquitus semper consuetum et est observatum. Si cum sanguinis effusione 40 sol. pena puniatur: ulterius statuendo quod si ad aures Iuratorum aut Consiliariorum pervenerit aut quoquomodo senserint seu sciverint aliquam questionem esse inter aliquos, teneantur et debeant dicti Iurati et Consiliarii manifestare eorum sacramento D. Capitaneo aut vicecapitaneo predictam questionem.

2) cottellina, ronchetta = friul. curtisse.

BIBLIOTECA CIVICA UDINE

III De pignoribus per preconem accipiendis.

Statuimus et ordinamus quod si nuntius licentia D. Capitanei ad instantiam aliquorum iret acceptum et elevatum pignus alicui persone cum licentia et auctoritate D. Capitanei seu eius vicesgerentis ipsumque pignus levasset et aliquis de domo ubi dictum pignus elevatum foret, de manibus dicti preconis accepisset seu quomodocumque elevasset seu dare aut consignare noluerit, rivellum talis commisisse intelligatur et [de] rivello puniatur in sol. 40 D. Capitaneo proventuris. Si vero quis dessignaverit ipsi preconi vinum, fenum aut bladum cuiuscumque generis, sufficit dare mostram dessignatorum dictorum ipsi preconi ut incantentur et vendentur supra plathea dicte Ville et non alibi: si vero dessignaverit quis animalia viva et ipse preco apud eum qui dessignaverit dimiserit dando ei certum terminum ad producendum pignus et die statuto non produxerit, puniatur pena 40 sol. [et] non possit preco pignora accepta vendere die quo acceperit, sed ad aliam diem proferre et ipsa incantare, nec ipsa incantare nisi prius proferat.

IV. De pignoribus levandis et tempore levandorum pignorum.

Statuimus et ordinamus quod cum aliqua pignora incantata sunt et deliberata, si sint mobilia possint levare ipsa pignora cui sunt usque ad terminum septem dierum, non computato die quo vendita sunt, omnibus solutis expensis legittime factis ob illam causam. Si vero animalia viva fuerint, possint exigi usque ad terminum dierum trium, quia periculosa sunt, si vero stabilia bona fuerint, habeant terminum xx dierum ad exigenda.

V. De premio et mercede preconis accipiendo pro pignoribus venditis.

Statuimus et ordinamus quod cum preco aliquod pignus incantaverit, possit pro premio et mercede sua de re vendita ad summam unius marche solidorum [accipere], et abinde infra solidum unum ab una marcha vero supra, pro singula marcha possit accipere solidos 4 ut antiquitus et consuetum est: adjicientes quod cum preco mittitur ad pignorandum aliquem per vicinos Ragonee, pro labore suo pignorandi habeat solidum unum et si ille qui pignoratur negaverit debitum, pro eodem solido citet ipsum preco ad primam regulam. Si vero quis citaretur

ad instantiam aliquorum vicinorum, nil pro citatione habeat preco. Pro forensibus vero habeat preco solidum unum pro citatione et unum pro pignoratione et pro relatione citationis et pignorationis unum habeat solidum. a dictis forensibus [et] pro vicinis, ut dictum est, nil habeat. Si vero preco ad instantiam vicinorum quam forensium extra districtum Ragonee mitteretur pro exercendo officium suum, habeat pro quolibet miliari solidos duo.

VI. De ordine et modo in pignoribus observando.

Statuimus et ordinamus quod si preco requisitus ad instantiam aliquorum vicinorum iverit ad pignorandum aliquem pro primo pignore, quale pignus elevet et illud proferet ad primam regulam futuram et facta regula illud incantet supra plathea et delivrato pignore vadat elevatum, secundumque etiam proferat ad aliam regulam tunc proxime futuram et simili modo ut in primo fiat. Quo secundo pignore delivrato, accedat acceptum tertium pignus complementi et illud proferat ad primam regulam tunc proxime futuram et ut in duobus pignoribus primum actum est, fiat in tertio. Pro forensibus vero si preco fuerit impetratus a D. Capitaneo seu eius vicesgerente, vadat elevatum pignus aliquod ad diem crastinam proxime sequentem [et] illud proferet et hora debita incantet et vendat. Quo vendito immediate vadat acceptum et elevatum secundum et illud ad diem tunc proxime sequentem proferat et vendet. Quo secundo pignore vendito, immediate accedat acceptum tertium pignus complementi et ad aliam diem nunc proxime sequentem proferat et vendat hora debita, ut dictum est. Quibus pignoribus delivratis, emens teneatur dare pretium subito sub pena 40 sol.

VII De hora qua inditium servari debeat.

Statuimus et ordinamus quod die sabbati inter nonam et vesperas de quindecim in quindecim dies pro vicinis fiant regule ordinarie et D. Capitaneus seu eius vicesgerens cum suis Juratis et Consiliariis pro tribunali ad ius reddendum sedeat. Pro forensibus vero singulo die et si opus fuerit ter in die fiant regule et eisdem ius administretur.

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

9

VIII De citatis et vocatis ad iudicium per preconem.

Antiquæ consuetudini inherentes statuimus et ordinamus quod si aliqua persona citata ad ius seu iuditium, vocaretur per preconem ad instantiam aliquorum [coram] D. Capitaneo seu eius vicesgerente ad ius reddendum pro tribunali sedente et non comparuerit, pro contumacia in solidis 8 condemnetur: si vero comparuerit et usque ad finem litis processum fuerit per partes, pars succumbens D. Capitaneo in 8 solidis puniatur.

IX De robore et firmitate factorum per Juratos.

Statuimus et ordinamus quod omnes sententiæ et determinationes editæ et latæ et quæ et quot fient et promulgabuntur per tres Juratos D. Capitaneo assidentes pro iure reddendo cum auctoritate Domini et Consiliarii Ragoneæ, validæ et firmæ sint et roboris firmitatem obtineant ac si per totam universitatem Ragoneæ editæ et factæ fuerint et ex nunc omnes contententur illas valere et vim firmitatis habere.

X De processu contra fures et malefactores fiendo.

Indempnitati rerum et bonorum vicinorum invigilantes, statuendo firmamus quod si aliqua persona furtum comiserit seu aliquis malefactor insultando homicidium fecerit et comiserit, Dominium Ragoneæ suo posse eundem furem et malefactorem in carceribus detineri et capere studeat, eundemque detentum dictum Dominium una cum Juratis examinare omnibus modis diligentia et sollicitudine debeat, confessionem et manifestum scribi et notari faciat, dictaque confessio et manifestum clausum et sigillatum debeat portari coram D. Maiore Patriæ Fori Julii et presentari per Juratos et super inde consilium sapientis haberi a sapientibus Patriæ dictum consilium et sententias super inde habitas in Ragonea reduci et reportari debeat et in plathea dictæ villæ coram Dominio dictæ Comunitatis Ragoneæ et ibi dicti Jurati secundum consilium habitum, dictum furem et malefactorem sententiare et secundum comissa puniri in districtu Ragoneæ et non alibi. Si autem dictus fur et malefactor puniendus morte suis malefactis, res et bona sua

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

salva sint et pacem habeant et quicumque tenuerit et posse-
derit territorium preconj habeat et teneatur exercere officium
suum sicut semper fecit et consuetum est.

XI. De furto et pena furti commissi.

Quietum et tranquillum statum in rebus et bonis vicinorum adducere
cupientes, statuimus et ordinamus, quod si aliqua persona furata
usque ad summam 40 sol., compellatur illud reddere ad altressum
videlicet ad duplum; si vero furata fuerit ad summam librarum trium
solidorum, teneatur et compellatur illud reddere ad altressum et pro
fure et ribaldo reputetur; si vero ad valorem 4 librarum solidorum
compellatur illud ad altressum reddere et exulet et banniatur a districtu
Ragonee per sex menses; si vero furata fuerit ad valorem librarum 5 soli-
dorum frustetur et exulet et banniatur a districtu Ragonee per unum annum;
si vero ad valorem sex librarum furata fuerit, frustetur et exulet a districtu
Ragonee perpetualiter; si vero furata fuerit ad valorem librarum 8 solidorum
frustetur et bulletur et perpetualiter exulet et banniatur a districtu Ragonee;
si vero furata fuerit ad valorem librarum 10 solidorum et unius solidi, suspen-
datur ad furcas ita ut moriatur.

XII De homicidio.

Statuimus et ordinamus quod si quis aliquem interfecerit in districtu Ragonee,
capite puniatur prout consuetum et antiquitus observatum fuit.

XIII De vi et violentia virginibus et cuiusvis generis mulieribus illata.

Statuimus et ordinamus quod si quis vim aut violentiam virginibus aut matronis
et dominabus cuiusvis conditionis existant, intulerit, easque violaverit aut stru-
paverit et de predictis querella apparuerit, eo instanti, nullo intervallo aut spatio
aliquo temporis interposito et signa stuprationis evidenter appareant, puniatur
debita pena prout malefactor puniendus foret.

XIV De facientibus rumores super festis.

Statuimus et ordinamus quod quicumque fecerint rumorem seu questionem

[illegible] NE

1D

quomodocumque et qualitercumque super festo S. Mariae de Pignano, super festo S. Jacobi et aliis festis banditis et proclamatis in districtu Ragoneae per preconem Ragoneae de mandato D. Capitanei seu vicecapitanei, sub pena et banno libr. 25 solidorum et unius pedis et unius manus, licet ipsa festa ~~licet ipsa festa~~ proclametur, puniatur unius marchae solidorum tantum.

XV De treguis mandandis et precipiendis.

Statuimus et ordinamus quod omnes officiales Ragoneae habeant auctoritatem precipiendi et mandandi treguas quibuscumque hominibus et personis sub districtu Ragoneae et iurisdictione suppositis, sub pena libr. 25 solidorum et per quemlibet ipsorum officialium quo preceptum et mandatum fuerit et contrafactum fuerit contra mandatum, sit condemnatus [in] predictis libr. 25 solidorum dominio Ragoneae.

XVI De venditione vini ad spinam.

Statuimus et ordinamus quod quicumque vendiderit seu vendet vinum ad spinam absque consignatione et impositione Juratorum et sine recta mensura ei data per manum Juratorum, puniatur 40 sol., et siquis buciam non daret plenam et per Juratos repertus fuerit, pro singula vice teneatur ad penam 40 sol. toties quoties contrafactum fuerit, posstique ipsa pena statim exegi. Cuius penae medietas sit dominii, altera Comunis.

XVII De castaneneto non incidendo.

Statuimus et ordinamus quod si aliquis in castaneto post montem inciderit arbores castanearum seu castenarios absque licentia et auctoritate dominii Ragoneae, bannito et publice proclamato more solito, puniatur pena unius marchae solidorum, cuius penae primo et ante omnia perveniantur dominio sol. 40, medietas vero alterius partis cedat dominio predicto, residuum vero Comunitati Ragoneae. Hoc quoque actum et firmatum est auctoritate dominii Ragoneae, Juratorum et Consilii totius Comunitatis Ragoneae.

B. LIGURA (stamp)

11

XVIII. De tauris et manzis non castrandis absque licentia.

Antiquae consuetudini inhaerentes Statuimus et ordinamus, quod si quis castrabit seu extrahet, seu castrari et extrahi faciet testiculos aliquorum vitulorum seu manzorum et taurorum primi armenti postquam sunt in banno et banniti per Consilium et Comunitatem Ragonee et postquam sunt electi per dominium, Juratos et Consilium totius Comunitatis Ragonee, sine licentia, nec permiserit illos currere pro illo anno quo sunt electi in semine, sit condemnatus poena 10 sol. dominio applicanda.

XIX. De mensuris bannitis.

Statuimus et ordinamus quod omnes mensure sint et esse debeant in banno et bannite intelligantur postquam Jurati mutati et de novo creati sunt, de quo elegi et mutari solent pro anno illo quo creati sunt, a die quo faciunt ipsas mensuras banniri et in banno proclamari et quousque probate et iustificate sunt per dictos Juratos novos. Et si aliquis absconderet vel exerceret aut operaretur aliquam mensuram sine licentia Juratorum, sit condemnatus poena 10 sol. pro qualibet mensura, nec possit aut debeat concedere ipsas mensuras aliquibus personis nec ad emendum aut vendendum, sed pro usu suo in domo servare, cuius poene medietas sit dominii Ragonee, altera Comunitatis.

XX. De comunione bannorum.

Statuimus et ordinamus, quod omnia banna bosci, herbe, agris et comunee dominii Ragonee, que banniuntur et in banno proclamantur cum voluntate dominii et Juratorum ac Consilii ad summam sol. 40 ascendentia, medietas poene seu banni sit dominii; residuum vero Comunitatis.

XXI. De loco iuditii et in eo fiendorum.

Antiquitati roborantes Statuimus et ordinamus, quod omne placitum districti, omnes regale seu congregationes regularum, omne Consilium, omnes appellationes, omnes protestationes, omnes probationes, omnia acta iudicialia

B. ... U. ...

12

et omnia que pertineat dominio, debeant fieri, inchoari, mediari, finiri et diluari in indicto platheę Ragoneę apud S. Jacobum sicut antiquis temporibus actum fuit et non alibi.

XXII De pena animalium S. Danielis.

Pactum antiquum et usitatum inter nos et omnes de S. Daniele habitum et firmatum per omnes et nobiles Ragoneę et per nobiles et bonos homines de S. Daniele affirmantes, statuimus quod si aliqua bestiamina grossa et capita bestiarum hominum et habitantium S. Danielis inveniantur super districtu et territorio Ragoneę per guardianos Ragoneę, possint et debeant per dictos guardianos pignorari et multari bestiamina multeta quatuor denariorum seu frixachensium pro quolibet capite: minuta vero pena duorum pro quolibet capite multentur, cuius penę medietas sit guardianorum, alia medietas inter dominium et Comunitatem equaliter dividatur.

XXIII De saliniis et viis non devastandis.

Statuimus et ordinamus, quod si quis fecerit salinas in quovismodo vias, stratas aut comugnas devastaverit aut usurpaverit qualitercumque et per Juratos datus fuerit pro condemnato, cadat in pena 40 sol. dominiis applicandorum pro medietate et Comuni pro alia medietate.

XXIV De querelis D. Capitaneo factis.

Statuimus et ordinamus, quod si aliqua persona querelam D. Capitaneo interposuerit contra quempiam et manutenere non potuerit de quo querelam fecerit, cadat in pena 40 sol. pro qualibet querela. De querela vero damnorum in pena 20 librarum ut superius careatur condemnare.

XXV De iniuriis non dicendis contra Juratos et Officiales.

Pravorum et furiosorum temeritatem resecantes, statuimus et ordinamus quod si aliqua persona cuiuscumque conditionis existat contra Juratos, Consiliarios et Officiales quoscumque factos et creatos per Comunitatem officium eorum exercentes, se quia excusabiat verba aliqua iniuriosa aut minus honesta dixerit, pro quolibet Officiali contra quem dixerit, cadat in pena 40 sol.

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

XXVI De fratta Castri non incidenda aut usurpanda.

Quoniam tueri fortilicia sanctum est, statuimus et ordinamus, quod si aliqua persona cuiuscumque conditionis existat animo protervo et motu temerario inciderit seu secaverit frattam Castri Ragonee aut circa muros Castri dicti et burgi, aut usurpaverit seu deprehenderit dictam frattam seu partem eius in usum suum sine licentia D. Capitanei, pro qualibet vice unius marche solidorum puniatur.

XXVII De iniuriis contra personas.

Audaciam pravorum resecantes, statuimus et ordinamus, quod si aliquis contra honorem alicuius dixerit nominando eundem, proditorem, furem, sicarium sive assassinum aut quovismodo quo perderet vitam aut membri mutilationem et manutenere non possit, puniatur pena unius marche solidorum et in iuditio debitum honorem passo reddere, quod ipsum bonum et legalem et iustum tenet et reputat et quod male et mendaciter dixit, que contra eum dixit.

XXVIII De buscantibus et fodientibus lapides in possessionibus alienis.

Cum improbum sit alienas violare possessiones, statuimus et ordinamus, quod si aliquis cuiuscumque conditionis existat buscaverit aut secaverit aut lapides fodierit in silvis, pratis aut possessionibus alienis, pro qualibet vice qua repertus fuerit talia committere per guardianos aut per illos quorum sunt possessiones et querelam interposuerint, puniatur pena 40 sol., cuius pene medietas sit D. Capitanei, altera Communitatis.

XXIX De frangentibus portas, clausuras aut macerias alienas.

Indemnitati vicinorum invigilantes, statuimus et ordinamus, quod si quis fregerit aut exportaverit portas, sepes, clausuras aut macerias alienas, puniatur pena 40 sol.; et ad emendationem damni si querela appareat satisfacere compellatur.

XXX De ponentibus aquam supra comunea.

Statuimus et ordinamus, quod si aliqua persona posuerit aquam supra comugnas que in diversas partes funderet et spargeretur, condamnetur in solidis 40,

BIBLIOTECA

medietas cuius penę cedat D. Capitaneo et altera Comuni.

XXXI De ponentibus aquam in possessiones alienas.

Statuimus et ordinamus quod si aliqua persona posuerit aquam in possessiones alienas seu territorium alienum, tam rugię Talnenti quam aliorum quorumcumque locorum in districtu Ragonę, puniatur pena 40 sol. pro vice qualibet. Si autem molendinarii eam posuerint aquam, ut supra dictus, pro quolibet eorum puniatur in sol. 40 et dicti molendinarii aut quevis persona invenientes talia comittentes per Iuratos aut Consiliarios seu guardianos debent denuntiari et manifestari dominio sine intromissione.

XXXII De uvis non asportandis a possessionibus alienis.

Statuimus et ordinamus, quod si aliqua persona acceperit aut exportaverit a possessionibus alienis ultra summam trium racemorum uvę, puniatur pena 40 sol. si accusatus fuerit.

XXXIII De furmento, milio, panitio et cęteris bladis non pascendis.

Statuimus et ordinamus, quod si aliqua possessiones alienas cum suis animalibus intraverit et furmentum, milium, panitium vel surgum et omnia bladorum alia post proclamationem factam, ut moris est, pasculaverit, puniatur pena 40 sol. et emendationem damni.

XXXIV De pratis et plantis non pasculandis.

Statuimus et ordinamus, quod si quis pasculaverit planta vitium aut prata aliorum postquam proclamata publice sunt bannitę, puniatur pena sol. 8 et emendationem passo satisfacere, cuius penę quatuor solidi tangant guardianos, alteri quatuor D. Capitaneum et Comunitatem. Si autem de predicto damno dato per passum querelam appareat, puniatur delinquens in sol. 40 D. Capitaneo applicandis et dandis.

XXXV De rapis et foliis raparum non exportandis.

Statuimus et ordinamus, quod si aliqua persona intraverit possessiones alienas et acceperit seu exportaverit rapas seu folia risparum raparum, puniatur pena sol. 8. Si autem querela appareat, puniatur pena 40 sol. Capitaneo applicanda.

XXXVI De via Fanesia certo tempore non prętereunda.

Statuimus et ordinamus, quod si aliqua persona pręteritis primo die dominico post festum S. Floriani de mense Maii inveniretur seu inventa fuerit pręteriens sive pręterisse viam Fanesiam cum aliquibus animalibus per guardianos et pasulanos cum dictis animalibus ultra dictam viam inveniretur, excepto quod si ad arandum ivisset, quod tunc possit ab aratro seu [illegible], et [illegible] boves cum iugo separare seu dividere, sed non a iugo dissolvere et disiugare secundum antiquam consuetudinem hactenus observatam, pro qualibet vice puniatur pęna 8 sol.

XXXVII De electione Camerariorum S. Petri et Jurati Comunis et Juratorum D. Capitaneo assidentium.

Comuni utilitati invigilantes, statuimus et ordinamus, quod singulis annis in die dominico qui est immediate post festum S. Antonii mensis Januarii per Consilium et Juratos eligantur Camerarii S. Petri primo, deinde Juratus Comunis Ragonę, quibus electis, tunc D. Capitaneus et Juratus Comunis noviter electus eligant Consiliarios anni sequentis primo die sabbati immediate sequenti; quibus ut moris est defferatur iuramentum quod iuste et fideliter omnia quę pertinebunt eorum officio faciant et secretum eorum consilium habeant, addicientes quod dicti Jurati Comunis et D. Capitanei et Camerarii S. Petri ut supra electi, finito eorum anno non debeant elegi ad dictum offitium Camerarię et Jurarię usque ad tres annos tunc proxime sequentes et quod ipsi Camerarii S. Petri et Juratus Comunis debeant finito anno eius administrationis successoribus bonam et legalem (reddere) reddisse rationem suę administrationis usque ad quindecim dies proxime futuros.

XXXVIII De intromissionibus vicinorum contra forenses.

Statuimus et ordinamus, quod si de rebus forensium mobilibus, qui fuerint debitores aliquorum vicinorum in districtu Ragonę (inventę, reperientis) possint ipsi vicini creditores, impetrato nuntio a D. Capitaneo seu eius vicegerente, ipsas res dictorum

14

forensium facere sequestrari et intromitti pro credito eorum, fiantque tres sequestrationes successive, quarum nulla excedat terminum 15 dierum cum notificationibus earum factis ipsis dilationibus quorum res sunt personaliter inventis seu ad domum eorum solite habitationis per nuntium Communis Ragonee. Si vero ipsi debitores non haberent domicilium sed vagabundi forent, sufficiat facere notificationem ipsis debitoribus per publicam cridam factam super platea Ragonee et tales requisitiones habeant roboris firmitatem.

XXXIX De executione intromissionum

Statuimus et ordinamus, quod volens facere executionem de rebus intromissis et sequestratis ut supra, primo notificet ipso debitori per nuntium personaliter invento seu ad domum sue solite habitationis. Si vero ille cuius res sunt sequestrate non habet domicilium et vagabundus sit per publicam cridam factam super platea notificetur qualiter ad instantiam talis res sue sequestrate sunt et tres fieri fecit sequestrationes et ad executionem fiendam procedere intendit infra 15 dies a die dicte notificationis computandos. Si vero comparuerit infra dictum terminum et procedere ad probationes aliquas voluerit facere in dicta sequestratione audiatur, qui si succubuerit, fiat executio in dictis rebus intromissis super platea Ragonee. Si vero non comparuerit, sed in contumatia perseveraverit, fiat executio dictarum rerum prout supra hiis sententia mediante promissum fuerit, sua contumatia non obstante.

XL De cautione et securitate prestanda supra rebus intromissis.

Statuimus et ordinamus, quod si ad instantiam aliquorum vicinorum res forensium sequestrate fuerint et si quidem ipse, cui res sequestrate fuerint, prestiterit idoneam securitatem de tanto quanti valoris est res intromissa, de parendo iuri ipsi qui sequestrari fecit, tunc res sua distromittatur et liber iter suum accedat; addicientes etiam quod si aliquis forensis agere voluerit in iuditio Ragonee contra aliquem vicinum, primo antequam audiatur, teneatur et compellatur prestare idoneam securitatem de solvendo omnes expensas legittime fiendas.

BIBLIOTECA C. VIGA UDINE

in casu quo in lite succumbat, qua prestita, tunc in lite procedatur.

XLI De dilatione danda viciniis in prima instantia litis.

Statuimus et ordinamus, quod si quis vicinorum per alterum vicinorum citatus ad ius fuerit et ante litis contestationem petierit inducias sibi dari ad primam regulam futuram eidem, ut antiquitus consuetum est prestetur per iuditium et si propter carentiam advocati, lite contestata, petitum fuerit terminum pignorari ad prima regulam futuram eidem petenti prorogetur.

XLII De executione debiti et instrumentorum.

Statuimus et ordinamus, quod si aliquis in iuditio comparuerit et allegaverit se operas suas aliquibus impendisse, parte adversa presente et confitente se eidem teneri pro dictis operibus et condemnata ad eidem solvendum et satisfaciendum pro dictis operibus suis, valeat pignus complementi pro primo pignore elevari. Si vero fiat executio in bonis alicuius debitoris si extant, deinde ad nomina debitorum et ultimo ad bona stabilia.

XLIII De datiis omnibus vendendis.

Consuetum morem sequentes, statuimus et ordinamus, quod singulo anno facta electione Jurati Comunis et Consiliariorum novorum per Consilium vetus, incantentur datia omnia supra plathea Ragonee et plus offerenti deliveratur per totum unum annum futurum, quibus deliveratis teneatur emens dare medietatem pretii subito Jurato dictorum datiorum, aliam medietatem in fine anni et quod vendentes vinum ad spinam, teneantur et debeant solvere datiario pro singula urna denarios quatuor.

XLIV De macello et datio macelli

Statuimus et ordinamus, quod facientes becariam, teneantur et debeant dare rectum pondus omnibus ementibus carnes sub pena 40 sol. et puniantur eadem pena toties quoties contrafactum fuerit, teneaturque solvere datiario pro datio dicti macelli pro singulo bove den. 4, pro vitulis de lacte den. unum et intelligantur

BIBL. CIVICA DI ...

18

vituli de lacte usque ad unum annum, preterito vero, non intelligantur de lacte, sed ut pro bove solvant den. 4, pro castratibus, arietibus et pecudibus solvantur pro quolibet capite den. unum.

XLV. De vino et carnibus ponendis.

Antiquarum morem concernentes, statuimus et ordinamus quod Juratus Comunis et Jurati Curie teneantur ponere vinum omnibus vendentibus vinum ad spinam a festo S. Martini per totum annum, mustum vero possit quilibet vendere sine impositione sibi facta usque ad dictum festum S. Martini, cum a vendemia usque ad illud festum intelligatur mustum vinum vetus ~~et~~ totum annum ponatur et si Jurati predicti ad ponendum vinum requisiti non aderint omnes, quod loco absentium, presentes et requisiti vocent duos ex vicinis, si non adesset Consilium seu pars Consilii, similiter et carnes bovinas ipsi Jurati ut supra teneantur ponere et debeant macellatoribus. Pro labore vero eorum ponendi dictum vinum et carnes habeant et sumant pro singula urna vini et pro singulo bove den. unum.

XLVI De consignatione vini vendendi ad spinam Juratis facienda.

Statuimus et ordinamus, quod omnes vendentes seu volentes vendere vinum, teneantur et debeant consignare dictum vinum Juratis ponendum sub pena; sin autem vendiderint sine consignatione puniantur toties quoties contrafactum fuerit eadem pena.

XLVII De salario procuratorum et advocatorum.

Antiquam nostram consuetudinem renovare volentes, statuimus et ordinamus, quod nullus procurator sive advocatus alicuius forensis aut vicini qui conductus fuerit ad forum nostrum sive iuditium ad advocandum contra aliquem aut vicinum aut forensem, possit exigere aut petere aliquid pro viagio seu itinere, sed tantum pro advocando habeat sol. 4 et non plures. Doctoribus tamen consuetum tribuatur stipendium.

BIBLIOTECA C. U.

Ordini et Confirmacioni
fatte per lo Magnifico Signor Vincislao de Porcia Signore di Ragogna al Comun di Ragogna publicati l'anno 1535.

I. De li pegni per lo brico da esser tolti

Se lo brico de messer lo Capitanio a instancia de alguni anderà a tuorre lo pegno et non altramente overo del suo Vicecapitanio ad algune persone con licencia de messer lo Capitanio, messo per lui, et quello pegno havesse levado et quello pegno levado ge fosse tolto fora de man del ditto brico per quelli de casa, ogni volta che al ditto brico ge serà fatto ditto atto et che lo ditto brico ge facesse revello et per revello, sia ponido de soldi 40 li quali sia de messer lo Capitanio. Se veramente alcuni despegnerà al ditto brico un feno o biave de che condicion se sia, basta a dar la mostra de le cose despegnade al ditto brico e sia incantade et vendute su la piazza della ditta villa. Se veramente alguno despegnerà animali vivi e lo brico laserà appresso de quello che averà despegnado el ditto pegno dagandoli certo di termine a produrli et quello despegnado non lo produrà, sia ponido de soldi 40 li quali sia de messer lo Capitanio; non possa el brico quelli pegni tolti vender el dì che li ha tolti, ma a uno al dì proferirli et incantarli et quelli non incantarli se prima non li proferisse a vender.

II. De li pegni da esser scodudi e del tempo se diè scodere li pegni

Che quando sono incantadi et deliberadi alguni pegni, se quelli pegni sono mobili possa scoder quelli pegni a colui del qual sono ditti pegni per fina a sette dì non computando lo dì che sono incantadi, pagando tutte le spese legittime fatte per quella cason. Se veramente sono animali vivi possa scoder per fina al termine de tre dì, perchè sono pericolosi; se veramente sono beni stabili, che habbino termine 20 dì a scodere.

III. Del premio del brico de esser tolto per il tuorne li pegni et venderli.

Ché quando lo brico incanterà alcun pegno, possa per lo primo e la mercede sua tuor

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

de le cose che sono vendute alla summa de una marcha de soldi, et de una marcha in zoso soldi uno et de una marcha in suso per zascaduna marca possa tuor soldi 4. Item quando lo serà mandato per li visini a impegnar, per la sua mercede de haver impegnado habbia uno soldo se colui che serà impegnado negerà el debito per quello medemo soldo lo brico debba acettar quello per la prima regola de visin. Se veramente alguni de li visini sarà citadi a instancia de alcuno visino, non possa tuor lo brico niente per quella ditta acettazion; per li forestieri lo brico possa tuor uno soldo per la acettazion et uno per la impegnasone et per la relacion de la acettagione et della impegnasone soldo uno. Da li forestieri se veramente lo brico a instanza e cussì de li visini come de li forestieri serà mandado fora del distretto di Ragogna, per la sua fadiga habbia soldi due per miglia.

IV Del modo de esser salvadi li pegni.

Se lo brico sarà requisido ad instancia de li visini per lo primo pegno toglia og[ni] pegno che li serà despegnado et quello pegno proferisca alla prima regola che viene et fatta la regola quello incantarlo in la piazza et deliberado che sia lo detto pegno, andar a tuorne un altro per il secondo, il quale proferirà et ven[derà] dal altra regola prossima che vien et simelmente se faza come il primo, il qual secondo pegno deliberato, vada a tuor il terzo pegno di co[m]plimento et lo ditto pegno proferirlo alla prima regola che vien et vender lo d[itto] pegno come sono stato fatto li altri.
Per li forestieri se lo brico serà impetrato per messer lo Capitanio o dal vicecaptanio messo per lui, vadi a impegnar alcuni, lo ditto pegno ge sia proferito a vender al dì prossimo che viene et quello a ora debita incantarlo et vender il qual venduto subito andar a tuorne et levar il secondo et quello lo dì prossimo sequente proferirlo a vender, il qual venduto subito andar a tuor el terzo pegno di compimento et l'altro dì subito che viene proferisca a ven[der] a ora debita come fu ditto di sopra. Li quali pegni deliberati tutti quelli che comprerà, siano tenuti subito dare il precio di ditti pegni sotto pena de soldi

B. CIVICA DI UDINE

li quali vadino a messer lo Capitanio.

V. De l'ora in la quale se debba osservare il judicio.

Il dì de sabato tra nona et vespero de quindese dì in quindese dì se faza la regola ordinaria per messer lo Capitanio overo il suo viccecapitanio messo per lui; con li suoi Zuradi et Conseglieri; debia sedere pro tribunali per li visini. Per li forestieri veramente zascadun dì che serà necessario tre volte al dì se faza la regola azò se faza rason.

VI De quelli che sono chiamadi et accitadi al zudicio.

Se alguna persona citada et chiamada serà al zudicio per lo brico a instancia de alcuni, messer lo Capitanio o il suo viccecapitanio messo per lui sentando pro tribunali et non comparà, per contumacia sia condenato in soldi 8; se veramente el comparerà per fina alla lite, serà perdudo per la parte, la parte che perderà si oponga a messer lo Capitanio in soldi 8 per la sententia fatta per il Conseglio, come ozi se osserva

VII De la fortezza de le sententie fatte per li Zuradi

Che tutte le sententie fatte per li tre Zuradi overo che siano tre apresso messer lo Capitanio a render rason come autorità del Conseglio et del Comun, siano valide et ferme chussì che le fosse fatte per sententia de tutto il Comun et se non saranno ditti tre apresso messer lo Capitanio che lui solo zoè messer lo Capitanio faza lui sententia et che sia valida così che se la fosse fatta per quelli che sono a render rason apresso de lui et questo se fa perchè se faza rason per non stanchezar quelli che dimanda rason.

VIII Del Castenedo che non sia tagliato.

Se alcuno taglierà de drio la monte castenari senza licentia de messer lo Capitanio et del Conseglio di Ragogna, cridati in bando come è d'usanza sia punido de una marcha de soldi de la qual pena prima venga al Capitanio soldi 40 et soldi 40 al Conseglio et lire ½ al guardian.

Item se alguno taglierà ogni altra sorte legno drio la monte dapoi messo in bando il bosco, sia punido li ditti de soldi 40 et de quelli soldi 10 vada al

2

al Conseglio et soldi 20 al guardian.

IX De li tauri e manzi che non siano castradi senza licentia del Conseglio.

Se alcuni castrerà alcuni videlli o manzi o tauri de primo armento da poi che li sono in bando o bandidi per lo Conseglio et da po che li sono eletti per lo ditto Conseglio et non li lasserà correr per quello anno che li serà ordinato a tenir per semenza, siano condenati de soldi 40 che vadino al Gastaldo o voglio dir a messer lo Capitanio.

X De le misure da esser bandide.

Tutte le misure denno esser bandide, se intende da poi che li Zuradi sono fatti da novo zoè creadi da novo in lo di che se sole eleger da novo per quello anno et in quello di che sono creati debino bandir quelle misure perfino a tanto che ge sono misurate per li dicti Zuradi messi da novo e se alcuno venderà o adoprerà alguna misura senza licentia de li Zuradi sia condenati in pena de 40 soldi per zaschaduna misura.

Item non possa imprestar quelle misure ad alguna persona a comprar et a vender, ma però per lo suo uso in casa sua salvarle, de le qual pene la mità vada a messer lo Capitanio et l'altra mità al Conseglio.

XI. Del far li bandi de le comugne et tavelle

Tutti li bandi del bosco et tavella de fuogo de comugne, le quelle se imbandisse o se crida in bando il ben viver de comissione de messer lo Capitanio et del Conseglio che essendo alla summa de più de soldi 8, la mità vada a messer lo Capitanio e l'altra mità al Conseglio di Magogna et se al se metta il guardian el qual habbia a custodire le ditte cride, la mità sia del guardian et de uno quarto sia de messer lo Capitanio e l'altro quarto sia del Conseglio come ozidì se osserva et per il passato se ha osservato

XII. De osservar la rason per lo Conseglio de Magogna.

Che tutte le regole o vogliamo dire lo Conseglio de Magogna, tutte le sententie fatte per loro et tutte le protestazioni fatte avanti de loro et tutte le appellazion

de le sententie fatte per loro et tutte le prove fatte o veder far avanti de loro et tutti li atti fatti avanti de loro et fatti per loro et tutte le cose che appartien al Conseglio, piano a principio, mezzo, fin, tutto questo far su la piazza de Ragogna anticamente se ha osservato

XIII De la pena delli animali de San Daniel

Il patto antico e usitado tra il Comun di Ragogna e San Daniel, fatto per lo ditto Comun et per la Comunità di San Daniel, che se alguno animale grosso e cavi de bestie de li homini et abitadori de San Daniel et de la sua iurisdizion se troverà su la iurisdizion nostra di Ragogna, se possa et debba impegnar per li guardiani messi per noi et per la Comunità di San Daniel, li animali grossi in pena de 4 denari zaschadun capo, li minuti in pena de doi denari, de le qual pene la mità sia del guardiano et il quarto de messer lo Capitanio et l'altro quarto del Conseio et Comun de Ragogna.

XIV Delle salma et vie da non esser guastade

Se alguno farà salme o per zaschadun modo guasterà vie, strade o comugne o usurperà, per zaschadun modo e per lo Zurato sia dato per condenato, cada in pena de soldi 40, la mità sia de messer lo Capitanio et del Comune sia l'altra mità.

XV Delli lamenti fatti a messer lo Capitanio.

Se alguno farà lamento a messer lo Capitanio contra ciaschaduna persona et non lo porrà mantenir de quello lui se ha lamentado, sia punido de soldi 40 per cadaun lamento; de lamento de case cada in pena de lire 50 come di sopra è detto et se vogliono terminar per ditto lamento, quello che perderà per sententia, sia punido per la sententia in soldi 8 et lo lamento del qual se ha terminado che sarà in tutto soldi 48, li quali sono de messer lo Capitanio et non d'altri

XV De la fratta del Castello de Ragogna de non esser tagliata o usurpata in niun modo.

Se alguna persona de che condicion se sia presontuosamente et mattamente haverà tagliado o segado la fratta de sopra o sotto Castello o circha le mura del Castello e dentro del borgo haverà usurpado o pigliado la ditta fraia e dentro

BIBLIOTECA

de borgo overo la porte, in suo uso [?] senza licenza de messer lo Capitanio, per ciascaduna volta sia punido de una marcha de soldi et ritorni in pristino.

XVII De quelli che boscha et cava piere in lo possesso de altri.

S'è alguna persona de che condicion se sia haverà sechado o haverà cavado piera in le selve, o prati o possessioni d'altri per cadauna volta che'l sia trovato per li guardiani o per quelle persone che sono le possessioni et ge sia fatto lamento o vogliamo dire che se aggravano, siano punidi de 40 soldi, la mittà de messer lo Capitanio et l'altra mittà del Conseglio de Ragogna.

XVIII De quelli che rompono porte o pallade o cluture o massarie d'altri.

Se alguno haverà rotto o haverà portato via porte, pallade o cluture o massarie d'altri, sia punido de soldi 40, li quali vada a messer lo Capitanio et amendar el danno, se de quello danno se lamenterà.

XIX De quelli che pone l'aqua nelle comugne.

Se alguna persona haverà posto ~~a haverà~~ aqua nelle comugne, la qual se spandesse in diverse parte, sia condennato in soldi 40, la metà a messer lo Capitanio, l'altra metà al Conseglio de Ragogna.

XX De quelli che pone aqua nelle possessione d'altri.

Se alguna persona ponerà aqua in le possessioni d'altri o territorio, così de la roja del Taiamento come de altri lochi in la iurisdicion de Ragogna, sia punido de soldi 40 per cadauna volta; se vero i molinari haverà posta l'aqua come se dice de sopra, per ciascaduno de li ditti molinari sia punidi de soldi 40 et se li ditti molinari o qual persona se sia sarà trovado forzando tal cosa per li Zuradi o quelli del Conseglio o per li guardiani, se debba denonciare e manifestare a messer lo Capitanio senza induxia alcuna.

XXI De le piante et prati da non esser pascolati.

Se alguna persona haverà pascolado le piante de le vide o prati o campi d'altri dapoi che è fatto la crida et fatto el bando a nome de messer lo Capitanio et del Zurado con el suo Conseglio et serà trovadi per lo guardian, siano punidi in la pena che è stata messa, la mittà sia del guardian, l'altra mittà sia partida

BIBLIO[TECA] CIVICA DI UDINE

per mazzo a messer lo Capitanio et al Conseglio. Se [illegible] amente alguno se lamenta de del suo danno, sia ponido de soldi 20, li quali sarà tutti de messer lo Capitanio et ge sia stimato et pagato il suo danno.

XXII De le rave, de le foglie de rave da non esser portate via.

Se alguna persona sarà intrado in le possessioni d'altri et haverà tolto rave o foglie de rave, sia ponido stante la crida fatta a nome de messer lo Capitanio et al Conseglio, se faranno lamento sia ponido de 40 soldi che sia de messer lo Capitanio.

XXIII. De la via fanesia da non esser passada a pascolar per fin a uno certo tempo.

Se alguna persona passada la prima domenega drio la festa de San Floriano che vien del mese de Mazo sarà trovado passar o haverà passado la via fanesia sopra scritta con animale alcuno e colui dea pascolar sarà trovato per li guardiani con detti animali oltra la ditta via, salvo che se andasse ad arare, che in quella volta el possa deszonger de la narzena li bovi con zovo, ma non del zovo desligare o deszonger segondo la antiga usanza per fin mo observada, per cadauna volta sia ponido de soldi 8, la mità del guardiano, l'altra mità de messer lo Capitanio et del Conseglio.

XXIV De li Camerari de San Piero et del Zurar del Comun et de li Zurari, de messer lo Capitanio che senta alla bancha de esser eletti.

Ciascuno anno in la domenega che è subito del mese de Zenar per lo Conseio e li Zurari se debia eleger li Camerari de San Piero, primamente da po lo Zurar del Comun de Ragogna, li quali eletti in quella volta messer lo Capitanio elega el suo dove ge piace a lui; dapoi li doi Zurari et messer lo Capitanio elega il terzo Zurar; da poi messer lo Capitanio et li tre Zurari elega quelli del Conseio dell'anno seguente el primo dì de Sabato subito seguente alli quali come è d'usanza sia dado lo sagramento per messer lo Capitanio che iustamente et fidelmente ogni cosa che partenirà a lor efficio farà e haverà lo lor Conseio secreto: azonzando che lo Zurar del Comun et etiam di Camerari de San Piero

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

ut supra electi finito lor anno non debiano esser eletti al ditto offitio della Camevaria de San Piero e li Zuvari del Comun finito lor anno del lor officio debbano render rason de la lor administration et messer lo Capitanio fatto da novo bona rason per fin a quindese dì prossimi sequenti.

XXV. De le intromission de li visini contra li forastieri.

Quantum justum, et consuetum esse videtur, quod vicini Comunitatis Buje, qui sustinent, et faciunt factiones in Buja, et solvunt ratas necessarias, et impositas a Comune dicti loci percipiant illam utilitatem, quam alter percipere posset, et foreusis: ideo Statuerunt

et ord.

888

19

Statuta Tarcenti 1432

Statuta Tarcenti

MCCCCXXXII.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Amen. Infrascripta sunt Statuta seu Ordinamenta compilata sub regimine Nobilium virorum Dominorum Odorici et Dogmi fratrum ac Odorici et Federici fratrum de Castello et in pleno Convicinio Hominum et Communitatis Ville de Tarcento, de ipsorum Hominum consensu et voluntate confirmata ac laudata, approbata et ratificata per Magnificum et Generosum virum D. Leonardum Justinianum pro Serenissimo et Excell.mo Ducali Dominio Venetiarum honorabilem Locumtenentem generalem Patrie Forijulii anno domini MCCCCXXII, ind. X, die XX mensis Septembris.

1 Inprimis statuerunt et ordinaverunt quod si quis blasfemaverit Deum vel Sanctos seu Sanctas, aut dixerit eis iniuriam, vel dederit eis ficum, projiciatur in Corducellam tribus vicibus prout inventus fuerit indutus vel solvat solidos XX; et hoc si accusatus fuerit per hominem bone fame et eius sacramento.

2 Item statuerunt quod infrascripti sint dies feriati, videlicet in festis Nativitatis D. N. Jesu Christi, incipiendo a festo S. Thome apostoli usque ad Epiphaniam inclusive; in quinque festivitatibus B. Marie Virginis videlicet Conceptione, Nativitate, Annunciatione, Purificatione et Assumptione; in diebus Dominicis; in festivitatibus duodecim Apostolorum; gloriosi S. Marci et aliorum evangelistarum; S. Petri cathedrati; Assentionis D. N. Jesu Christi, Pentecostes cum duobus diebus sequentibus; Corporis Christi; S. Johannis Baptiste et Decollati; S. Antonii de Vienna; Conversionis S. Pauli; S. Benedicti; quatuor Doctorum Ecclesie videlicet S. Gregorii, S. Hieronimi, S. Augustini, S. Ambrosii; S. Marie

Magdalene; S. Michaelis; S. Martini; S. Nicolai; S. Francisci; undecim millium Virginum; Omnium Sanctorum; S. Dominici; S. Katerine; S. Agnetis; S. Blasii; S. Laurentii; S. Agate; Inventionis S. Crucis; Exaltationis eiusdem; S. Georgii; SS. Hermacore et Fortunati; S. Lucie; S. Francisci (sic); et a Dominica Olivarum usque ad octavam Resurrectionis Domini, et pridie Carnisprivii cum duobus diebus precedentibus et cum die sequenti ius ordinarium non reddatur. Quibus suprascriptis diebus feriatis introductis in honorem Dei per quemcumque Jusdicentem in aliquo loco Patrie Forijulii observetur quod judicium non fiat nec in causis procedatur. Et si contrafactum fuerit ipso iure non valeat.

3 Item statuerunt, quod annuatim sint ferie messium videlicet a festo S. Joannis Baptiste usque ad quintamdecimam Julii proxime inclusive et similiter ferie vindemiarum a festo S. Michaelis usque ad XXII diem sequentis mensis Octobris inclusive. Quibus feriis durantibus placita secularia conquiescant et iudiciorum strepitus ordinarii non serventur, excepto quod de causis infrascriptis agatur, videlicet de dandis tutoribus aut curatoribus, vel de eis removendis vel excusandis; de causis alimentorum; de causis libertatum et de quibus allegaretur usucapio vel prescriptio compleri interim: quo casu possit prescriptio vel usucapio modis a iure traditis interrumpi; et de rebus que forent interim periture; de causis mercedis; de causis forensium sive sint actores sive rei et de exfortiis commissis in ipsis feriis, cognosci et deffiniri possit et in omnibus aliis casibus in quibus expresse per Constitutiones presentes concessum appareat.

4 Item statuerunt, quod si aliquis diceret aliqua verba iniuriosa alicui officiali existenti in iudicio contra debitum sui officii, cadat in penam unius

marche denariorum Dominio applicande. Si vero alibi ubique lo=
corum faciendo officium suum, solvat dimidiam marcham denar. ut supra.

5 Item statuerunt, quod si aliquis diceret alicui circumstanti in dicto
iudicio aliquam iniuriam, solvat vadiam duplicem secundum iniuriam
et offensionem ibidem per ipsum commissas, et similiter in platea supe=
riori.

6 Item statuerunt, quod cuicunque citato pro aliquo termino excepto quod de
ex fortio et laborerio, petenti sibi aliquam diem dari, cum non sit clarus peti=
tionis sit facte per partem adversam, quod habere debeat secundum termi=
num octo dierum et tertium simila et in dicto tertio termino teneatur
parti respondere ad negandum vel confitendum. Nec possit petere alium
terminum pro conducendo advocatum suum et predicta habeant locum de vicino ad
vicinum. Si vero petens fuerit forensis, pars adversa sive sit vicinus vel non
eidem respondere teneatur in primo termino sibi dato videlicet negando
vel confitendo.

7 Item statuerunt, quod si aliquis forensis voluerit aliquid petere ab aliquo vicino
quod dominium et iurati teneantur sedere ter in die et reddere rationem ipsi forensi.
Si vero defuerit per iuratos, puniantur in octo denariis pro quolibet iurato.
dominio applicandis.

8 Item statuerunt, quod si quis fuerit citatus personaliter vel ad domum eius,
ita quod scire potuerit tali hora quod ad iudicium venire potuerit et non compa=
ruerit, cadat in penam octo denariorum dominio applicandorum. Si vero
si vero sicut supra citatus fuerit secundo et non comparuerit, simili pena
antedicta puniatur. Nec audiatur nisi prius solvat vadiam et interesse parti.
Si vero sic ut supra citatus fuerit tertio et non comparuerit, tunc si actor iura=
verit se legitime habere debere, reus condemnandus est et hoc a xx libris
infra; a xx libris supra audiantur iura et probationes ipsius actoris. Et si

interim comparuerit reus, nullo modo audiatur, nisi prius refectis penis supradictis et tunc refectis audiatur.

9 Item statuerunt, quod si aliquis iuratus non venerit ad iudicium tempore quo campana pulsatur, puniatur pena decem solidorum pro qualibet vice dominio applicanda, nisi iuratus fuerint absens vel infirmus.

10 Item statuerunt, quod si aliquis iuratus defecerit in veniendo quando redditur ius, quod tunc Domini possint mandare alicui vicino sub pena x solidorum quod debeat sedere pro alia die, et si noluerit sedere, quod ipso facto teneatur ad penam.

11 Item statuerunt, quod si dominium vel iurati mandaverint alicui existenti in iudicio, quod debeat tacere et noluerit tacere, quod ipso facto cadat xx solidorum applicandorum dominio, et possint mandari sub maiori pena.

12 Item statuerunt, quod si aliquis exclamaverit in iudicio, quod iurati ei vel eis imponere possint silentium sub pena VIII denariorum, et si noluerit obedire, quod statim dominium possit dictos x denarios exigere (sic) et sub maiori pena illis silentium imponatur et dictarum penarum medietas applicetur dominio et alia medietas ipsis iuratis.

13 Item statuerunt, quod si alicui tam vicino quam forensi datus fuerit aliquis terminus exfortii vel laborerii, pars adversa teneatur respondere in primo termino et hoc habeat locum si dictum laborerium factum fuerit intra annum et diem, abinde vero supra respondere teneatur ut supra, et si dictum exfortium factum fuerit per spatium octo dierum, abinde vero supra teneatur respondere ut dictum est supra.

14 Item statuerunt, quod si aliquis forensis citari fecerit aliquem vicinum et vicinus comparuerit, tunc forensis teneatur prestare securitatem de obediendo iuri, et aliter

CLICHE

non audiatur, salvo quam de exfortio, quia tunc non tenetur securitatem prestare.

15. Item statuerunt, quod quilibet vicinus existens supra platea superiori de Tarcento et requisitus fuerit per iuratos ad compulendum eis in aliqua causa et venire recusaverit, solvat denarios quatuor dominio applicandos.

16. Item statuerunt, quod aliquis vicinus non valeat esse procurator alicuius forensis contra aliquem vicinum et si contrafecerit cadat in penam unius marche denariorum dominio applicande. Et hoc nisi habita prius licentia per iudicium Tarcenti, sententia et laudo mediantibus, secundum conditionem personarum forensium.

17 Item statuerunt, quod quilibet Advocatus pro labore sive salario suo habere debeat denarios quatuor pro quolibet termino et advocare teneatur cuilibet requirenti et proferenti dictum salarium et hoc si dictus Advocatus fuerit in iudicio sive platea superiori, et si contrafecerit solvat idem Advocatus denarios VIII dominio.

18 Item statuerunt, quod si quis coram dominio vocatus ter ad respondendum alicui, facto sibi mandato ad respondendum non comparuerit sedente dominio in iudicio, condemnatus sit in denarios VIII dominio.

19 Item statuerunt, quod si aliquis fecerit aliquem citari in iudicio aliquid petendo et voluerit stare sacramento rei, vel e contra et reus et actor iurabit, absolutus sit, nec aliquid ab eo peti possit. Si autem actor vel reus probare voluerit, tunc statuatur terminus competens ad probandum secundum consuetudinem Ville Tarcenti.

20 Item statuerunt, quod si aliquis fecerit aliquod reclamum coram dominio contra aliquem et non potuerit manutenere vel perdat placitum, sit condemnatus sicut ille fuisset contra quem fecerat reclamum, salvo si appareret quod ex iusta et probabili causa reclamum fecisset, tunc nulla condemnatione patiatur.

BIBLIOTECA ... U ... E

21 Item statuerunt, quod si quis officialium tam preco quam iurati accusarent aliquem iniuste et contra verum, sit condemnatus in duplo eius quod fuisset accusatus si inventus fuisset peccasse et accusatus sit liber absolutus.

22 Item statuerunt, quod si quis officialium fuerit requisitus per aliquem tempore debito ad faciendum vel exercendum officium suum tribus vicibus et ipse officialis recusaverit venire vel exercere officium suum, condemnatus sit in denarios XL dominio.

23 Item statuerunt, quod si aliquis faceret revellum aliquod preconi exercenti officium suum non permittendo se pignorari vel minando preconi volenti ipsum pignorare, solvat denarios XL, et si fuerit mulier solvat denarios XX dominio. Et si violenter acciperet de manu preconis aliquod pignus per preconem acceptum faciendo officium suum, solvat mediam marcham denariorum dominio et si fuerit mulier solvat medietatem.

24 Item statuerunt, quod quilibet qui appellaverit in iudicio, sibi concessa appellatione et ipsam appellationem non manutenebit, condemnatus sit in soldos XX dominio et hoc habeat locum in appellationibus tantum et non in protectionibus et teneatur prosequi tam appellatione quam protectione infra terminum Constitutionis Patrie Forijulii 1).

25 Item statuerunt quod de quantitate medie marche denariorum infra vel de et valente tantundem nullus appellare valeat a sententia lata contra eum et si appellaverit, nullo modo concedatur nec admittatur.

26 Item statuerunt, quod preliantes vel facientes rumorem ad invicem, primus incipiens prelium vel rumorem teneatur relevare aliam partem de omnibus vadiis, damnis et interesse.

1)

27 Item statuerunt, quod si quis impetraverit contra aliquem nuncios, et nuncius ad pignorandum cum debitor confiteatur debitum ipsi nuncio, amplius denegare non possit ipsum debitum, sed teneatur dare pignus ipsi nuncio, si autem negaverit se teneri ipsi creditori, tunc creditor eum citari faciat coram dominio secundum statuta supra formata.

28 Item statuerunt, quod si aliquis fecerit rumorem in platea Ville Tarenti cum ense, gladio, javarina, spetto vel lapides projiceret sine sanguinis effusione cadat in penam XL denariorum: si autem cum sanguinis solvat denarios LXXX dominio et expensas ac interesse vulnerati.

29 Item statuerunt, quod si aliquis animo pensato et deliberato iverit ad faciendum aliquem rumorem sine sanguinis effusione solvat denarios LXXX; si autem cum sanguinis effusione solvat ~~denarios LXXX~~ unam marcham denariorum dominio et expensas ac interesse vulnerati.

30 Item statuerunt, quod si aliquis animo irato extra plateam projiceret aliquem in terram vel modo aliquo faceret exire sibi sanguinem, solvat dominio denarios XL: si vero sine sanguinis effusione solvat denarios XX dominio.

31 Item statuerunt quod evaginans cultellum, spatam vel gladium vel accipiens lanceam, petram sive lapidem vel alia arma nociva animo irato contra aliquem extra plateam solvat denarios XX dominio.

32 Item statuerunt, quod si aliquis dederit alicui alapam vel cum pugno in vultu cum sanguinis effusione solvat denarios XL: si sine sanguinis effusione solvat denarios XX. Si autem dederit alibi quam in vultu solvat denarios X sine sanguinis effusione. Cum sanguinis effusione solvat denarios XL dominio et extra plateam Ville Tarenti.

33 Item statuerunt, quod si aliquis vocaverit aliquem animo irato furem, sassinum vel proditorem, sit condemnatus in denarios XL dominio applicandis.

34 Item statuerunt, quod si quis cucurrerit post aliquem cum armis vel sine armis animo irato

in domo vel curia sua vel alterius, condemnatus sit in xxv libris soldorum videlicet ad soldos xx pro singula libra dominio.

35 Item Statuerunt, quod si quis incurrerit post aliquem cum armis vel sine armis animo irato in Cimiterio Ecclesie S. Petri de Tarcento, solvat libras xxv soldorum ut supra dominio.

36 Item Statuerunt, quod si aliquis minxerit aut prosmerdaverit in Cimiterio Ecclesie S. Petri de Tarcento, sit condemnatus in denariis xL dominio et si sub domo sub domo Comunitatis illud fecerit, sit condemnatus in denariis VIII dominio.

37 Item Statuerunt, quod quilibet dans ficum vel dicens alicui: tu mentiris per gullam, vel aliqua verba iniuriosa extra iudicium, solvat denarios VIII dominio.

38 Item Statuerunt, quod quilibet vocans alterum ad provas[1] ad committendum rumorem ante domum vel extra, solvat denarios xL si fuerit de die, de nocte autem solvat mediam marcham denariorum dominio.

39 Item Statuerunt, quod si quis accipiet vel secum portabit vi aliquas res alienas, condemnatus sit in denariis xL dominio.

40 Item Statuerunt, quod si ~~quis accipiet vel secum portabit~~ aliquis violenter intraverit domum alterius, sit condemnatus in libris sclavonichis xxx intrando et xxx exeundo. Et hoc habeat locum quando quis non incurrerit post aliquem causa faciendi rumorem. Si autem incurreret post aliquem, tunc non habeat locum hoc Statutum, sed suprascriptum.

41 Item Statuerunt, quod si quis aliquem percusserit cum sanguinis effusione vel sine,

1)

LIB. UD.

et non habeat unde solvere vadiam et interesse vulnerati, quod tunc capiatur per dominium et in carceribus detineatur donec solverit vadiam et interesse vulnerati aut percussi. Et si solvere non potuerit, compensetur sibi carcer in locum vadie et interesse, plus et minus secundum delicti conditionem et persone, ita tamen quod non excedatur terminus trium mensium.

42 Item statuerunt, quod quilibet faciens sanguinem vel projiciens aliquem in terram super aliquo festo preconizato, animo irato, solvat marcham unam denariorum dominio, et si aliter faceret rumorem super dicto festo, solvat denarios L XXX dominio.

43 Item statuerunt, quod ~~sicut~~ quis preliaretur vel faceret rumorem supra dicto festo vel alibi, vel vellet facere, et dominium, jurati, vel preco, vel alius vicinus bone phame preciperet eidem tribus vicibus quod faceret treugas, et ipse spernens vel non obediens mandatis treugarum ei factis non voluisset facere treugas, ipso facto condemnatus sit in libris XXV denariorum dominio.

44 Item statuerunt, quod si jurati, preco, vel alius vicinus bone phame preceperit treugas alicui facienti rumorem vel volenti facere, et ille dixerit iniurias juratis, preconi vel homini bone phame, ipso facto condemnatus sit in libris XV den. dominio applicandis.

45 Item statuerunt, quod si quis taberrarius tenuerit tabernam suam apertam post sonum campane, solvat dominio den. XL, et si bibentes noluerint

exire et tabernarius precipiet eis quod exire debeant et noluerint, quod tunc tales existentes in taberna solvant dictam penam pro quolibet et tabernarius sit excusatus dum cesset tamen dare vinum extra canipam suam cuilibet petenti in quacumque parte noctis.

46 Item statuerunt, quod quilibet tenens ludum in nocte post sonum campane, sit condemnatus in soldis XX dominio, et quilibet ludens solvat denarios VIII dominio et hoc si accusati fuerint per hominem bone phame.

47 Item statuerunt, quod si quis venderet panem, vinum, carnes, pannum, linum, lanam, caseum et alia mercimonia in diebus dominicis extra confines platee usque ad horam vesperarum, condemnatus sit in denariis XL dominio et hoc si accusatus fuerit per hominem bone phame.

48 Item statuerunt, quod si quis vendiderit vinum, panem vel carnes sine impositione juratorum, sit condemnatus in denariis XL dominio, et si fuerit vinum in uno congio comuni et si fuerit panis in vesto panis comunis. Si vero fuerint carnes in carnibus comunium (sic).

49 Item statuerunt, quod si quis venderet carnes aliquas pro illis que non sunt, condemnatus sit in denariis XL dominio, et perdat carnes et cedant Comunitati.

50 Item statuerunt, quod quilibet vendens carnes et non dederit iustum pondus, solvat soldos X dominio.

51 Item statuerunt, quod quilibet tabernarius vendens vinum et non hauriens

buciam plenam, solvat soldos x dominio.

52 Item Statuerunt, quod si iurati petierint sibi dari buciam vini ab aliquo portante extra tabernam vel in taberna quam mensurare vellent, et ille portans sibi dare neglexerit, solvat denarios quatuor dominio.

53 Item Statuerunt, quod siquis Vicinus Tarcenti emeret in Tarcento vel eius pertinentiis sub iurisdictione Tarcenti vitulos, hedos, agnos, castratos vel mottones causa revendendi extra dominium Tarcenti, ipso facto condemnatus sit in libris xxv soldorum dominio et perdat carnes. Quarum carnium medietas cedat accusanti et accipienti, alia medietas Comuni, et hoc si accusatus fuerit per hominem bone phame. Et similiter intelligatur de forensibus.

54 Item Statuerunt, quod quilibet Vicinus qui tenuerit castratos in pertinentiis Tarcenti, ipso facto condemnatus sit ultra terciam diem et trinam noctem et ultra dictum terminum venderet dictos castratos extra dominium Tarcenti ipso facto condemnatus sit in xv libris soldorum dominio et perdat carnes, quarum medietas cedat dominio et alia medietas Comuni.

55 Item Statuerunt, quod siquis removerit aliquos terminos inter se et suum vicinum condemnatus sit in amputatione manus vel solvat dominio libras soldorum L.

56 Item Statuerunt, quod si quis inciderit vites, vel arbores, vel pomarios, condemnatus sit in denariis XL pro qualibet vice, vel arbore et hoc sufficit et si accusatus fuerit per hominem bone phame.

57. Item Statuerunt, quod si quis acceperit aliquos fructus sui seu alicuius territorii in die, condemnatus sit in denariis octo: si vero in nocte in denariis XL dominio. Si vero non solveret frustetur ter circa cintam Tarcenti et hoc si accusatus fuerit per hominem bone phame.

58 Item statuerunt (quod) si quis intraverit per vim in territorio vel bono alicuius, cadat in penam XL denar. dominio applicandorum. Si vero fuerit mulier cadat in penam XX denariorum.

59 Item Statuerunt, quod si aliqua animalia intraverint in monte Dominorum quod ipso iure cadant in penam XL denar. dominio applicandorum.
~~et Vicinorum in Villa Tarcenti~~

60 Item statuerunt, quod quilibet accipiens aliqua ligna incisa Dominorum vel vicinorum in Villa Tarcenti, vel alia, excepto quod in silvis, condemnatus sit in den. XL dominio applicandis et hoc si accusatus fuerit per hominem bone phame.

61 Item statuerunt, quod quilibet Vicinus possit incidere ligna in silvis comunibus extra Strosis 1) et nullus audeat ligna alicuius incisa accipere usque ad octo dies sub pena XL denariorum dominio applicandorum. Transactis vero dictis octo diebus, quilibet impune possit accipere.

62 Item Statuerunt, quod si quis ruperit vel inciderit fossatum Ville in prat. laci 2), vel inciderit infrastallas, solvat denarios XL dominio, et hoc si accusatus fuerit per hominem bone phame

63 Item Statuerunt, quod quilibet rumpens fossata, clausuras sive saliendo ipsa fossata vel ruinando cum sapa vel pala, vel incidendo supra dictis fossatis in die, condemnatus sit in denariis octo dominio et teneatur reficere damnum passo. Si vero de nocte condemnatus sit in denariis XL et hoc si accusatus fuerit per hominem bone phame.

1)

2)

64 Item statuerunt, quod si quis inciderit in palude sine licentia dominii ante festum S. Marie de mense augusti cum falce tantum tamen, solvat denarios x4 et hoc si accusatus fuerit per hominem bone phame, et quilibet tam accusans vel pigno=rans habere debeat denarios quatuor tam de viciniis quam de forensibus et paludum sit comune.

65 Item statuerunt, quod quilibet incidens in pascuo ligna domestica sine licentia dominii, solvat den. x4 domino et denarium vardiano et hoc si accusatus fuerit per vardianum.

66 Item statuerunt, quod quilibet tenens equum non suum in prato laci, condem=natus sit in denariis x4 dominio et hoc si accusatus fuerit per hominem bone phame.

67 Item statuerunt, quod si quis iverit de nocte ad populandum cum animalibus in pratis, braireiis vel bladis, solvat dimidiam marcham denariorum dominio et teneatur refi=cere dannum passo et hoc si accusatus fuerit per hominem bone phame.

68 Item statuerunt, quod quilibet ducens secum fraam 1) non adjunctam ducendo fena de prato laci, solvat denarios octo Comuni et hoc si accusatus fuerit per hominem bone phame.

69 Item statuerunt, quod si quis acceperit aliqua pignora ab aliquo mamulo 2) alterius, vel emerit ab eo aliquam rem ultra unum denarium, solvat denarios x4 et restituat pi=gnora domino suo.

70 Item statuerunt, quod quilibet contradicens alicui pignori venditto ad incantum, vel dum esset ad incantum et manutenere non posset adversus illum qui faceret vendi dictum pignus ad incantum, condemnatus sit in denariis x4 dominio applicandis.

71 Item statuerunt, quod quandocumque campana pulsaret ad martellum propter ignem vel propter aliquem rumorem, quod omnes vicini currere debeant ad rumorem vel ad ignem, et quicumque non cucurrerit ad predicta, sit condemnatus in den. x4 dominio pro qualibet vice.

1)

2)

72 Item statuerunt, quod si quis posuerit ignem in sylvis vel paludibus et inventus fuerit seu accusatus fuerit per hominem bone phame, solvat marcham unam denariorum dominio et nihilominus frustetur per plateam Tarcenti.

73 Item statuerunt, quod si aliquis mandaverit aliquem vicinum ad pignorandum et ille qui fuerit pignoratus designabit preconi seu nuncio aliqua bona mobilia et dicta bona postea ad diem proferitionis vendita fuerint in platea Tarcenti, quod infra dies quinque debitor possit exigere, et bona immobilia infra x dies; aliter elapsis diebus dictis emptor non teneatur restituere, sed sua sint et precium teneatur exbursare infra spatium trium dierum postquam bona sibi sunt adjudicata sive diseazuta: Et si non solverit infra dictum terminum, tune ipso facto teneatur ad penam tercii eius quod emit dominio applicandam: et postea sub maiori pena per dominium possit ei mandari quod infra alios tres dies teneatur solvisse dictum precium et sic successive in infinitum.

74 Item statuerunt, quod si aliquis appellaverit ad Dominos de Tarcentum ab aliqua sententia contra eum lata, teneatur infra octo dies dictam sententiam dare in manibus dictorum Dominorum, salvo aliquo iusto impedimento, et si contra fecerit, ipsa appellatio ipso iure censeatur deserta. Teneantur etiam dicti Domini postquam dictam appellationem habuerint, infra xxx dies expedire: et si non expediverint infra dictum tempus, quod tunc appellans possit dictam appellationem reducere coram Magnifico D. Locumtenente Patrie Forijulii, non obstante ~~supra~~dicta appellatione interposita.

75 Item statuerunt, quod nullus forensis possit vendere vinum ad minutum in Villa Tarcenti sine licentia Dominorum et hoc sub pena xxv librarum solidorum dominio applicandarum et ammissionis vini Comunitati applicandi. ~~Solidorum~~

~~denariis predictis.~~

76 Item statuerunt, quod nullus vicinus audeat vendere vinum forense ad minutum in Tarcento a die S. Martini ad festum S. Marie Septembris, et siquis contrafecerit cadat in penam XX librarum solidorum dominio applicandarum et amissionem vini Comunitati applicandam, salvis Festis proclamatis.

77 Item statuerunt, quod nullus audeat venire ad iudicium cum armis videlicet spelto, iavarina vel cultello qui sit maior duobus spaniis sub pena VIII denariorum Dominio applicandorum.

78. Item statuerunt, quod si aliquis die dominico emerit blada, salem et alia mercimonia, non possit dicto die qua emerit revendere sub pena XL denar. dominio applicandorum et amissionis bladi, frumenti etc. Comunitati applicande.

Deo gratias.

1432, 16 Novembre. Tarcento. La Vicinia di Tarcento crea Procuratori a far approvare dal Luogotenente della Patria i Statuti di Tarcento dati dai Nobili Giurisdicenti Signori di Castello.

In Christi nomine amen. Millesimo CCCCXXXII, ind. X, die dominico XVI Novembris. Actum in platea Ville Tarcenti sub logia Comunis, presentibus Paulo q. Joannis de Adorgnano, Mathiussio filio Simonis de Treppo parvo et Tochulo q. Dorlici de Nimis testibus vocatis et rogatis. Ibique convocata et congregata, ut moris est, pro infrascriptis peragendis vicinia Comunis dicte Ville Tarcenti, in qua interfuerunt Nicolaus q. Francisci Valenti Potestas, Antonius q. Petri Vinerii, Jacobus dictus Niger q. Zanni, Dominicus filius Petri Fradeli et Joannes q. Petri hi quatuor Jurati dicte Ville: Vitus q. Filippi de Bulpins, Leonardus q. Suli, Antonius q. Joannis Cravatti, Franciscus q. Nicolai de Brocholosa, Antonius q. Nani, Cancianus q. Marinutti, Nicolaus q. Serafini, Cichuttus q. Guercii, Joannes q. Jacobi textoris, Domenis q. Zilii Valenti, Jacobus q. Zuliani, Jacobus q. Juliani Prisitz, Leonardus q. Francisci Thiuz, Nicolaus q. Linussii, Michael q. Jacobi Pagani, Thomas q. Chiapissii, Gregorius q. Sclavi de Bulpins, Paulus filius Candussii, Domenis q. Claudi Becapati, Joannes gnervius q. Bertoldi, Leonardus filius Colauti de Prato, Marcus q. Colautti de Credacho, Bertolus

q. Buzoni, Leonardus et Nicolaus fratres filii q. Zuanatti de Jonclareda, Jacobus q. Domenis Bobigle, Joannes q. Laurentii Brati, Jacobus q. Paulini, Florianus q. Petri, Leonardus q. Joannis Bruni, Blanchus q. Domenis del Bech, Domenis q. Joannes Pugnuti, Franciscus q. Filippi, Leonardus filius Colantis Anchoi, Laurentius q. Marinutti, Nicolaus q. Candidi Mascagnini, Jacobus q. Serafini, Dominicus q. Leonardi de ultra Turrim, Bertolus q. Nicolai, Leonardus dictus Ros q. Joannis Bajni, Tomadus q. Prischati, Johannes q. Pitilini, Joannes q. Petri Tach, Machor q. Chiapissii, Antonius q. Leonardi Naton, Franciscus q. Joannis Bajni, Jacobus q. Vidoni, Nicolaus q. Juliani, Gabriel q. Marzutti, Antonius filius Candidi, Stefanus Bombasin q. Colussii, Antonius q. Leonardi dicti Truf, Nicolaus filius Menardini, Joannes q. Blasii hi omnes de Tarcento, Nicolaus filius Pauli de Luneriacho, Franciscus dictus Franzile q. Antonii de Pinzano, Stefanus q. Laurentii de Sicla, Joannes dictus Juri q. Luce de Adorgnano, Nicolaus q. Pauli de Cergneo, Pupus q. Comitis de Artinea et Nicolaus q. Petri da Montegnaco, omnes vero supradicti habitatores et vicini dicte Ville de Tarcento, entes ultra dimidiam hominum dicte Ville, predicti Potestas et Jurati cum voluntate et consensu aliorum predictorum, nec non ipsi homines et vicini cum voluntate et consensu predictorum Potestatis et Juratorum unanimiter et concorditer fecerunt et constituerunt suos et dicti Comunis sindicos et procuratores ac nuncios speciales suprascriptum Nicolaum q. Joannutti et Joannes de Zai q. Pascuti ibidem presentes etc. specialiter ad comparendum una cum Nobilibus de Castello coram Magn. D. Locumtenente et faciendum confirmari Statuta et Ordinamenta per dictos Nobiles facta et ordinata in Villa Tarcenti et iurisdictione dicti Tarcenti, ibidem in dicta Vicinantia lecta et declarata per me Raphaëlem

Notarium ipsis hominibus secundum que ipsi homines intendunt regi et gubernari et ad faciendum omnia alia in premissis necessaria. Promittentes habere ratum etc.

Ser Raphael de Torellis de Verona
Notarius Utinensis.

1432, 20 Novembre. Udine. Il L. T.te Leonardo Giustinian sopra istanza de' Nobili Signori di Castello giurisdicenti in Tarcento e sulle domande de' Comuni di detto luogo e di Segnaco approva gli Statuti loro dati dai Nobili suddetti.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Anno ab incarnatione ipsius MCCCCXXII, ind. X, die iovis XX Novembris. Actum Utini in via publica ante apothecam ser Constantini de Josephis de Verona, presentibus venerabilibus viris domino presbitero Joanne q. Zichutti de Utino, nobili viro D. Nicolino de la Turre, egregio et sapienti viro D. Monflorido de Coderta de Tarvisio Vicario infrascripti D. Locumtenentis, D. Jacobo de Ramponibus Capitaneo Terre Utini ac provido viro ser Raphaele de Torellis de Verona Notario testibus etc.

Coram Magnifico et Generoso viro D. Leonardo Justiniano pro Serenissimo et Excellentissimo Ducali Dominio Venetiarum honorabili Locumtenenti Patrie Forijulii comparuerunt Egregius et Nobilis vir ser Odoricus q. D. Dognii de Castello pro se et ser Dogno fratre suo nec non ser Federicus q. ser Vorlici de Castello pro se et ser Odorico et cum instantia a predicto Magn. D. Locumtenente petierunt Statuta et Ordinamenta in hoc libro transcripta quorum copiam ibidem in quibusdam foliis presentaverunt, approbari et confirmari tam de ipsorum Nobilium concordio et voluntate, quam de consensu hominum et Communitatis pleni Convicinii hominum et Communitatis hominum

de Tarcento, pro quibus ibidem comparuerunt Nicolaus q. Zoannutti et Johannes de Zai q. Pascuti de Tarcento tamquam sindici et procuratores ac nuncii speciales dictorum dominorum et comunitatis, nec non Antonius q. Venuti de Grizzo ac Nicolaus q. Zanni de Segnaco tamquam sindici et procuratores ac nuncii speciales Comunis Ville de Segnaco ad hoc specialiter constituti, ut de predicto sindicatu et procuratorio legiptime constat manu providi viri ser Raphaelis Notarii de Torellis de Verona presentialiter Utini habitantis instrumento publico confecto sub presenti millesimo et indictione, die vero dominico xxvi intrantis Novembris; qui quidem omnes sindici et procuratores predicti nomine quo supra unanimiter et concorditer consenserunt, aquieverunt ac supplicaverunt ibidem interrogati per me Notarium et Cancellarium infrascriptum coram prenominato D. Locumtenente ac testibus antedictis dicta omnia et singula Statuta et Ordinamenta approbari, laudari et confirmari per prefatum Magn. D. Locumtenentem, deinceps perpetuo observanda et executioni mandanda per suprascriptas Comunitates et homines Ville Tarcenti et Ville de Segnaco, quantum eis spectabit et pertinebit, ac promiserunt ibidem dicto nomine ipsa omnia et singula Statuta et Ordinamenta iam antea dictis hominibus nota ac manifesta, ac approbata et laudata per totum Comune et Convicinia habere in futurum perpetuo firma, rata et grata et non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto sub penis et penis in dictis Statutis et Ordinamentis expressis. Quare prefatus Magn. D. Locumtenens auditis et intellectis predictorum Nobilium requisitionibus et precibus et admissis dictorum sindicorum et procuratorum nomine quo supra supplicationibus, visisque iam antea et examinatis Statutis et Ordinamentis predictis

BIBL. CIV. DI UDINE

ac omnibus et singulis eorum Capitulis, auctoritate sui regiminis omni meliori modo, via, iure et forma quibus melius de iure potuit et debet ac fieri potuit, approbavit, laudavit et confirmavit eadem omnia et singula Statuta et Ordinamenta, ipsaque deinceps perpetuo dictis Nobilibus ac dictis hominibus et Communitatibus observanda et executioni mandanda permisit, salvo semper honore et statu Ser.mi et Excell.mi Ducalis Dominii nostri Venetiarum. In quorum fidem et testimonium prefatus Magn. D. Locumtenens mandavit mihi Notario et Cancellario suo infrascripto dictam approbationem, laudationem et confirmationem hic scribere ac de ea et predictis omnibus publicum conficere, ipsa denique Statuta et Ordinamenta cum omnibus et singulis supradictis ad futuram memoriam ac maioris roboris firmitatem et declarationem in actis sui regiminis exemplari mandavit.

Ego Petrus Antonius de Arzeno Patavus et ad presens Cancellarius Magn. et Clar.mi D: Jacobi Venerio dignissimi Patrie Forijulii Locumtenentis quum suprascripta Statuta et approbationes eorum auscultata cum authentico concordare inveni ~~fine~~ ~~me~~ subscripsi. Exemplata ad requisitionem Communis et hominum Ville Tarcenti sub anno MCCCCLXXX, ind. XIV, die XXIX Octobris et in fidem mandato sigillata fuerunt.

Da copia nel Vol. T. I, pag. 216, Arch. Munic. di Udine ora presso la Civ. Bibl., collazionato con altra copia nell'Arch. Frangipane, Miscell. 254.

Udine 23 Novembre 1884. Dr V. Joppi

CIVICA

BIBLIOTECA COMUNALE
VINCENZO JOPPI
UDINE
Cat. N. 888, 20
Loc.

20

148.

1555. 3 Febbrajo. Spilimbergo

Arengo ove si approva uno Statuto pel Comune di Spilimbergo -

Copia Mandato Magnificorum Dominorum Thomę et Odoardi, ex Dominis Consortibus Spilimb.ti presentis anni rectorum proclamantur in ipsa Terra Spilimb.ti omnia, et singula infrascripta Capitula observantia sub pęnis infrascriptis. Et primo.

j Quod nullus cuiuscunque condictionis exsitat audeat blasphemare, neque maledicere omnipotentem Deum, Beatissimam Mariam Virginem, aut aliquem Appostolum, sive sanctum, et sanctam sub pęna pro qualibet blasphemia ad arbitrium ipsorum Dominorum rectorum &.

2. Item quod nullus audeat laborare in diebus festivis quę sunt de precepto sub pęna - - - - 8 —

3. Item quod quilibet teneatur Iustificare facere mensuras, et staderas suas, ac libras sub pęna - - - - 2 —

4. Item quod nullus audeat quitquam vendere in mensuris sive ponderibus non iustis sub pęna - - - - 2 —

5. Item quod nullus audeat vendere in ipsa Terra pisces, neque Cancros in alio loco, quam in Burgo veteri, ubi solet fieri forum & sub pęna - - - - 2 —

6. Item quod nullus audeat currere aliqui supra forum sub pęna - - 2 —

7. Item quod nullus forensis audeat in die fori in ipsa Terra, neque extra emere aliqua, neque ova prorevendendo ante meridiem, et hoc ut Domini, et Cives ac habitatores ipsius Terrae possint in necessitatibus suis cum eorum Pecunijs sibi subvenire sub pęna - - - - 2 —

8. Item quod nullus audeat, neque presumat tam mas, quam fęmina ire in Salettum bannitum ipsorum magnificorum Dominorum ad dannificandum sub pęna pro quolibet contrafaciente de die - - - - 8 —

Et de nocte sub pęna - - - - 16 —

9. Item quod nullus audeat incidere Tesas sub pęna - - - - 50 —

10. Item quod nullus audeat ducere, neque traducere aliquem ad vadum in jurisdictione ipsorum Dominorum acque Tulmenti sub pęna - - - - 25 —

Item

11. Item quod nullus audeat siccare, sive excludere aliquem ramum aque Fulmenis, neque piscare sine licentia ipsorum Dominorum, neque rumpere rijam ipsius Terra sub pena . . . . £ 25

12. Item quod nullus tam subditus quam forensis audeat portare aliquod pignus, quod acceptum fuerit in Tabella Spilimb.ⁱ alio quam ad cameram pignorum ipsorum Dominorum, sine ducere sub pena 8

13. Item quod quilibet forensis, qui venerit ad habitandum ipsam Terram Spilimb.ⁱ a tribus annis citra teneatur se presentare coram ipsis magnificis Dominis infra terminum dierum quindecim ad prestandum obedientiam, et fidelitatem, iurando etc. sub pena . . . 25

Et similiter quicunque de vetero venerit teneatur se presentare, et jurare de fidelitate, et obedientia prestanda infra quindecim dies etc. 25

14. Item quod nullus audeat exire, neque intrare ipsam Terram Spilimb.ⁱ per alia loca quam per Portas sub pena de Die 25

Et de nocte sub pena 50

15. Item quod nullus tam subditus, quam forensis audeat colligere, aut abducere in, et extra campanea, et pascuis communibus stercora bovina sub pena 8

16. Item quod quilibet molendinarius teneatur iustificari facere eorum schiffos infra terminum dierum octo, et quilibet fornaserius teneatur iustificare facere per juratos Spilimb.ⁱ mensuras calcis, et mensuras laterum, sive quadrelorum infra terminum octo dierum proxime futurorum etc. sub pena 2

17. Item quod nullus audeat lavare lanam in rugia, et rivo Spilimb.ⁱ in ipsa Terra neque coria imponere sub pena 8

Item

18. Item quod nullus tam mas, quam femina audeat pedester quam equester facere actus, sive itinera, et trogia per campos agros, et possessiones alienas tam satas quam non, sub pena pro qualibet vice . . . . L. 2 —

19. Item quod nullus tam forrensis, quam terrigena audeat in diebus Sabbatinis, et fori publici stare super stratis publicis, aut aliis locis extra terram Spilimb.ti ad emendum quidquam venale, sed permittere quod omnia vehalia veniant in Spilimb.m sub pena . . . . 2 —

20. Item notificatur quibuscumque personis quod nullus audeat emere, aut excavare arbores alicujus generis aut vites nec eas incidere, aut aliquas alias arbores frugiferas tam ex possessionibus campis viridariis, ipsorum Dominorum consortum, quam coeterorum civium, et incolarum Spilimbergi sub pena . . . . 8 —

21. Item quod omnes decani, seu jurati villarum, et locorum huius jurisdictionis, et omnes chirurgi tam hujus, quam extraneę jurisdictionis infra terminum dierum trium postquam commissum fuerit aliquod delictum debeant id denuntiare offitio Cancell.ę ipsorum Dominorum, seu eorum Domino gastaldioni omnes, et singulos qui fuerint vulnerati declarando qualitates, et quantitates percussionum, et vulnerum sub pena . . . . 25 —

Et casu quo, quod vulnerati essent in mortis periculo illico debeant notificare, et non infra triduum &c.

Die Sabbati xmo Februarij 1526 per Nicolaum Preconem Magnificorum Dominorum Spilimb.ti in tribus solitis locis astante numerosa Populi multitudine . . . . loco Legente, et vulgarizante me Annibale Baccalaureo Cancell.o publicata fuere suprascripta Capitula Proclamat.s de verbo, ad verbum vernacula, et materna lingua ad omnium claram inteligentiam.

Signum) Jo.nes Baptista Carbo Cancell.s Spilimb.ti ex originali suo fideliter exemplavit, et in fidem &c.

Tratta da un Libro esistente presso il Nob. Sig. Co. Francesco-Antonio di Spilimbergo da me Francesco Cleani Nod.o di V. A. della Terra di Spilimb.o med.te altra mano: in fede &c.

[illegible]

In christi nomine amen. 1

Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto indictione terciadecima die tercia februarii de mane.

Ibidem sub logia [illegible] ad infrascripta peragenda affuerunt infrascripti homines communis Feristii [illegible] Sancti Jacobi pro toto oppidum vicatum androna [illegible] alta et coma [illegible] convocati ut moris est benedictus [illegible] [illegible] pascalis iohannis spada [illegible] [illegible] ardrinus [illegible] [illegible] castellana ad hoc deputati, etc.

Nomina hec sunt nomina

Dentro il Borgo de li [illegible]

Dorigo di barbera	Colao di [illegible]
[illegible] [illegible]	Jacomo di [illegible]
Franco fornaro	Antoni bisar
Battista beccaro	Piero antonio [illegible]
Mathia Zopolatto	Jacomo calderar
Candido di sero daniel	fuori del Borgo
Simo di mathius	Francesco di [illegible]
Thomas di Carli	Jacomo zintil
Jacomo [illegible]	[illegible] [illegible]
[illegible] di barbera	[illegible] [illegible]
Martiano di [illegible]	[illegible] di [illegible] rosso
Alovise [illegible]	daniel caligaro di [illegible]
Domenico di [illegible]	daniel di [illegible] nono
	[illegible] cimatore [illegible]

p. Andriusso Bergamasco
s. simon q. p. martin
p. Anzo q. p. agnolo
p. zan indrigo pitizan
p. agustin crudel
p. zan Jacomo romano
p. piero Carmier
p. Josepho marangon
p. Liberio vinario
p. Cecho mot. Iacomo suo figlo
p. zuam q. l pon
p. Bartolo vasiu
p. Zorzi buzatin
p. bastian q. gai
p. olivo q. zan lupo
m. michel q. Ridincich
m. Domenego q. pascal
Philippo q. vidalis
p. Luca Canciani
m. michel buzatin bombasetto suo zenero
simon q. ragogna
p. Martin Bergamasco p. Bernardin suo figlo
pascal q. rinaldo
p. piero q. vacil
Agostin q. ceriella
p. Josepho buzatin
p. Blas q. cividar
Daniel malagrin

p. piero fornaro
Stephano q. iuanis
p. Franco Cremasco
Vianzo molinaro
p. olivo q. p. Colao is la zugnizan
Cancian detto dem
p. simon gobbo
p. Franco benzon
p. Bartolo biutto
p. Luca beccaro fu o. suo figlo
m. p. Franceschino
p. Jacomo q. Cimutto
Mathia q. vidalis
m. zuan Carlin
p. Thadio graciano
p. Jacomo salip
p. piero q. sisto
p. Josepho odorico
p. Biasio galiha
m. p. batti, la armana
m. galat fanaro
m. Bartholis q. floritu
p. Andrea q. castelnovo
p. Franco butto p. Jacomo suo figliolo
Agnolo q. iuanis
p. Justin spadaro
p. Ioiua sbrumino p. lonardo suo figlo
p. zan Jacomo bologno

2

Antonio moinaro
m° Zuan pizzol
Piero molinaro
p Zuan carbin
p Gasparo q vedego
m° Gian murador
p Daniel q abbida
p Jacomo vizin
p Hier.mo Zorange
Zuan q ragogna
p Colao q p Bortholomio
p Nasin q [illegible]
p Bernardin q conciamis
p Battista q istra
m° Rocho q abbida
m° Zuan lunardo [illegible]
p Simon salaro p polutio suo figlo
p Franc.o Cisterino
p Bernardo [illegible]
p Piero lunaro
p Oratio q p simon
p Battista dela [illegible]
p Battista morson
m° Simon andela
Stephano fornaro
p Battista q manazo
p Zuan [illegible] Zuan Battista suo figlo
p Bernardin q p Franc.o Sellaro
p Domenego d'aquilina

p Piero conciam
p Lorenzo pinchiarolo
p Florin q p Balthasarin suo figlo
m° Bernardin [illegible]
p Jacomo Conciam
p Zanolo beretta [illegible] suo q p Zuan Antonio suo [illegible]
Theophilo q [illegible]
p Lonardo d'aquilina
p Jacomo suo figlo
p Piero q Cordenons
p Marco Ant.o [illegible]
m° Zuan sartor
p Colao q castellana
m° Benedet Capellaro
p Zuan maria [illegible]
p Bastian Cingaro
p Mich.a barittaro
m° Zuan [illegible]
p Simon fornaro [illegible] suo figlo
p Battista q blasin
m° Zuan q paulo tessador
Paulo buchin
p Joseph [illegible]
m° Piero Spizza pietre
p Zuan [illegible]
m° michel [illegible]

Zuan Anz.º di navarone	p Jacomo ferma
p Piero di valatrina	p hir.mo furlan Philippo
p Zuan Colao Trivellaro	suo figlio
p Zuan anz.º Trivellaro	p Jacomo Zanino
p Gabriel di p fitin	p hier.mo sartor p
p Bortholomio murator	Vicenzo suo figlio
p Ascanio orzheo	Zuan Baccarutto
p Battista Sebul	p Zuan di la volpe
p Zuan di p Bortholomio	n.º Domenico marangon
p Vettor Spadamasco	p hier.mo fo....
p Josepho di	p Jacomo philippo
p Daniel di p Zuan Leonardo	p Francesco fatter di p Zuan
n.º Colao strazaro	.....
n.º Zuan Leonardo di testore	Piero antonio mollaro di Batt
p Pasqualin aromatario	p ... na Lucarda
p Colao pomgo	p Bortholomio pilotto
p Candido di Dorn	Zuan di gajt
p Zuan Jacomo Locatello	p Paulo di Gutto
Emanuello	p Cecho di Gutto
Battista d'Urbino	p Daniel di Thomio
p Zorzi pasautta ...	p Cecho di piero
suo figlio	p Bernardin ...
p Zuan anz.º di Lugan	Gualdo pilonin
Domenego d'o..po	Domenego pil...
p Zuan Linarol	Marchio Loppa
n.º Josepho murador	p Piero d'Armanino
n.º Cion di forla	Bastian Zorzi di ...
p Francesco Slaro	p Colao di ...

62

Franceschin Zuchuin
battista Zuchiam
Zuan del dram
Franc.o bortolin
Zuan Jenner
Lenardo inferador
Thomas carciariis
Zacomo brunilla
Battista Carriario
Simon squin
Bortol de broilo
Colao de Colanin
Comin matarus
Nardo molinaro
Zuan del mi
Jacomo de flor
Consolar cazzit
Marin de mida
Dianzo de buzich
Battista de grions
Zuan de fenoli
Zuan Trivellaro
Marco anz o soldato
Stephano de grions
Domenico de zuan blavich
Carlo de P. Rado

Hi cum Christum ... ...
... ...
... ...
Ut qui ... ...
atque proponerent ... ...
... ...
... ... Domino nro ... feli
... ... fidelissimo ... ...

bona, hisque cum mag.tis dnis consentibus
pacem, ac tranquillitatem ini fine digit ,

Poiche pure vi piace di dar a me questo ca
rico sep contento sforzarmi abenche io Cio
so mi conosca assai meno atto di molti di
questa sp. communità non di meno sto vi
dichiarirò, con quel che in publico di tutti
insieme brevemente proponerò quanto che fin
di qui ho conosciuto esser di universal
desiderio di tutti voi:

Si han da far li m.ci sp. sindici in essecutione
de lettere del Ill.mo Consiglio di X. con
la Zonta con l'auttorità in esse lettere conte-
nuta, ma prima che a questo si venga io
insieme con molti di voi giudico esser ben
fatto che prima si constituisca loro un sa
lario conveniente

Però a molti di voi ha parso et pur anchora
a me che il salario di ciascun d'essi sia di
L. 2 [illegible] a giornata, et quanti giorni staranno
fuori de la terra per causa publica in cio è i p[illegible]

mercede, et a xnicoli, et rifaciamento del pro-
prie facende, come p spese di Soccena, noli, et
spese di Canalli, barche, et ogni altra spesa,
che faranno p andar et star fuori, et che di
le giornate si stia al giuramento loro da esser
loro dato p tre insieme de li xij. da
esser deputati da essi xij. ouer maggior par
te d'essi. Congregati al n° di noue al mino,
Et apresso che si stia al giur.to loro da esser
dato al modo di sopra detto di quanto diran-
no hauer speso in far notar atti, Cauar
scritture, dar a giudici et auuocati, paren
do a Ciascuno esser Conueniente che a Cui si
fida la liberta. che e piu cara. che la vita
si possa, et debba fidare anchora de la robba,
Et possa Ciascuna Man di sindici, tutti insieme
d'essi in vna volta, et piu donare ouer
far pur. a libera loro Volunta p benefi-
cio pubco fino a ducati X. et poi nel
far deli Conti siano tenuti detti sindici
o. a giurare di hauer tanto speso in far
pur p Causa pubca, et sia loro creduto
senza altra chiarezza, et senza nominar
la persona, ouer persone pintate, ouer do
nate, et siano fatti Creditori di quanto
harano giurato fino a detta sūma

v: Li quali Sp.li Sindici debbano L'anno prossimo venturo
Fra il di xx° di Zenaro, et il primo di
Febraro hauer reso Conto di quãto sarano debi
tori, o' Creditori di questa Spettabil Vniuersità,
p. le sopradette Cau.se a' detti xii overo a' tre
da esser overo di sopra si è detto deputati, a' quali
tre sia dato il Giuramento di far iustamente
detti Conti, et fra esso termine riferir il
tutto a' bocca, et in scritto a' essi xij da esser
Congregati al n° al meno di otto, li quali debba-
no far detti Sindici, et Ciascun d'essi debitori,
overo Creditori, o' pronunciar liberi del maneg-
gio di quel anno, facendo il tutto scriuere
p. notaro pub.co, il che se detti Sindici, o'
alcun d'essi non farà fra detto termine sia
ipso facto, et esser s'intenda Condannato in
una marca a' la sp. Comunità da esser scos-
sa per L'essatore sotto la medesima pena, et
questo oltra le altre pene, che fossero imposte
a' detti Sindici Contumaci p. lo podestà, et giu
rati, overo p. li xij. al n° di sopra detto Congre
gati, Con questo, che nõ s'intendano incorsi
in detta pena d'una marca se i. mostrarano
p. scrittura pub.ca d'hauer intimato due volte
a' dui piu vecchij de detti xij. qualmente sono
al ordine p. far li Conti a' loro piacere, le

sopradette cose siano osservati no solu nelli ...ndi ci che hora si hanno à fare, ma anchora nelli futuri,

Quelli dong di voi, che sono contenti che così sia fatto come di sopra è detto in tutto, et per tutto si partino di là dove sono, et vadino colà à man dritta, ma quelli ai quali no piaceno detti ordeni stiano fermi nel loco dove sono.

Hec cum dixisset omnes accesserunt ad dexterá in signum affirmationis supra prob.ti capit. et ordinis,

Mox cum rediti essent omnes quisque in locum suum idem dominus Joannes maria ad hunc modum loquutus est,

Rattadori

Essendo necessario far di molte spese per li pnti occorrentie, et per li future anchora, è ancho necessario crear Rattadori, che habbino à dar la sua rata à ciascuno secondo le forze sue, i quali poi che intendo piacermi, che siano viii, Io con molti di voi giudico, che bon sia dar questo carico à d. Fiorin, d. zuan il d. Bartholomeo, d. Jacomo Canciani, d. Bastian d. Domenico, d. Zuan Jacomo Locatello, d. hieronimo Auroldo ~~...~~ Josepho Trivellaro d. Benedetto Orzutin, et d. Thomas ~~...~~ Canciani

Ego juro ad sancta Dei Evangelia quod bona fide, et sine fraude quam melius sciero et potero regam Comune Civitatis Sacili, et Suburgorum, et Portus ejus, et totius Districtus Civitatis Sacili, et hoc tempore mei Regiminis, ad comunem honorem Dñi Patriarche Aquilejensis, et Hominum Terre Sacili et proficuum Civitatis: Et nec per fraudem habo; quam recipiam, vel faciam recipi ab aliquo Sapientum meorum querimonias mihi factas per brevem, sive scriptum ab illa persona, que de Sacillo erit, vel ejus Districtu, dum tamen per potestatem se distringat contra personam Sacili, vel ejus districtus: Et manutenebo Statuta Sacili, et infra quinquaginta dies a lite contestata eam finiam, vel finiri faciam dato pignore congruo ad Actore; nisi solempnes ferie, vel repentine intervenerint, que sint excepte, aut iusta dilacio intervenerit, secundum quod data fuerit secundum Leges, aut jus, vel consuetudines Marchie, quam melius observandum putavero sine fraude. Si causa mihi, aut Consiliarijs meis liquida fuerit, per me, vel alium difiniam, nisi steterit per Actorem. Si Actor per fraudem a causa cessaverit prosequenda, Reo instante eam difiniam, si liquida fuerit, nisi publica re Civitatis hujus remanserit, aut iusto impedimento, vel per oblivionem: Quo transacto infra XV. dies eam difiniam, vel faciam difiniri: Et sententiam, quam inde dedero, vel aliquis pro me bona fide, et sine fraude, Appellatione non obstante, executioni mandabo. Et sententias olim in concordio datas a Potestate, vel a Consulibus istius Civitatis, si liquidum fuerit mihi, eas executioni mandabo; Sin autem Reus pignus dare noluerit, nec Actori respondere voluerit, eum bona fide compellam ad pignus dandum. Et quod iustum fuerit, ut superius legitur, diffiniam, vel faciam diffiniri.

Pro judicatum vero ultra duodecim denarios pro libra ab Actore, et duodecim a Reo scienter a me minime auferetur.

Banna a modo posita Consilio Civitatis hujus: credencie vel in consilio palam facto, vel a Potestate in Concione exigam fide pura.

De rebus hujus Civitatis Comunis Sacili furtum scienter non faciam, nec fieri consentiam.

Ad dampnum istius civitatis Sacili non ero Sapia, sive Wida ad proficuum inimicorum ejus; Nec in facto, vel in consilio ero, ut Civitas Sacili, vel Homines Civitatis ipsius, sive Districtus, perveniat, vel perveniant inimicorum manus ejus, vel eorum, ut perdatur, seu comburatur, et suum honorem perdat, pariter atque statum. Et si amissus fuerit, vel mei tempore amissus extiterit, bona fide, et sine fraude, ut recuperetur dabo operam, et operam efficacem.

BIBLIOTECA CIVICA

Et si mihi quesitum fuerit ad manifestandum veritatem cause, usque ad tres constringam in unoquoque capitulo cause. Et si qualitas cause plures exigerit testes ad veritatem cognoscendam, tot constringam, quot fuerint opportuna. Et tempore meo Calpinidris constringam bona fide Tutores et Curatores Pupillorum Sacili, et Districtus annuatim reddere jus administrationis bonorum ipsorum Pupillorum.

Forma Juramenti dandi Hominibus debentibus Potestatem sequi.

Ego juro ad sancta Dei Evangelia, quod ego sequar Potestatem Civitatis Sacili, et ejus Notarium, et eorum precepta quotiescumque mihi fecerint observabo. Pro officio, seu Regimine vel facto Civitatis Sacili de discordiis specialibus, et communibus, et pro concordia facienda, et retinenda in Civitate Sacili, et illorum qui pertinent ad Sacilum, ut superius diximus, attendam, et eis obbediam bona fide, et sine fraude.

Nec ero in consilio, nec in facto, nec in dampno, vel ejus Judicum, vel suorum donec in Potestaria permanserit.

In consilio non ero, vel in facto ut perdant vitam, sive membrum, mentem, nec suum honorem, et si sciero quis fecerit eum Potestati manifestabo, vel Tabellioni quam cicius potero. Et salvabo personas eorum, et eorum bona veniendo, ad eum stando, et redeundo, et dum Domum reversus fuerit eum manifestabo in Potestaria iuvabo et manutenebo contra quemlibet hominem, et personam. Et si sciero aliquem, vel aliquam contra honorem, et statum ejus facere velle, per Nuncium meum, vel per litteras meas prorsus denunciare curabo, et ad voluntatem ipsius consilium, et suffragium dabo sibi.

Et falsum Testem, nec falsam cartam me sciente in causa producam, nec produci permittam: et si sciero qui fecerit Potestati, vel Tabellioni suo dicam et Testimonium reddam in causa si fuero appellatus per Potestatem, vel ejus Nuncium.

Arma vetita in Civitate Sacili contra Bannum Potestatis non defferam. et Banna Potestatis posita, vel que posuerit observabo, et illa firma tenebo. Domum, aut domos, Metam, seu Metas furtim non incendam, seu comburam.

Vineam, vites, arbores domesticas alienas in toto districtu Sacili fraudolenter non incidam, de hinc ad Sanctum Michaelem nunc venturum hoc totum observabo nisi remanserit cum verbo Potestatis vel ipsius Nuncii.

Et si quid aditum, vel diminutum fuerit per Potestatem, quod

de addito teneri de diminuto vero non.

In isto Capitulo continetur forma juramenti dandi Massario Communis Sacilli.

Ego juro ad Sancta Dei Evangelia quod omnes res mihi datas occasione Communis Sacili per Potestatem, vel ipsius Tabellionem, seu per Preconem, vel alios Ministeriales, aut quovis modo in me venerint occasione Communis, eas bona fide, et sine fraude servabo. Et secundum quod date mihi fuerint per ministeriales Communis, sive per alios recipiam in scriptis, nec eas negro modo expendam nisi ad voluntatem Consilii: Et Bannorum pignora, et quecumque alia, que in me pervenerint ad voluntatem Consilii vendam bona fide, et sine fraude: et denarios inde receptos fideliter gubernabo: Expendam omnes res perventas in me gratia officii mei ad libitum Consilii: Et in scriptis dabo, et assignabo omnes expensas quas fecerim pro Communi ad voluntatem Consilii, easdemque redigam in scriptis. Et de rebus Communis nequaquam furtum ego faciam, neque fraudem fieri pretermittam. Si vero sciero aliquem fecisse contra, infra spacium quatuor dierum Potestati manifestabo, si fuerit in Civitate Sacili: et si fuerit extra infra quartum diem post ejus adventum, nisi redditum fuerit, et nec ad fortum sub prelatura officij Massarie per me, vel per aliam interpositam personam recipiam: et si sciero datum esse infra quartum diem redigam illud, vel extimationem, vel redigam in Communi: Et quod infra octo dies post exitum officii mei dabo, et consignabo omnia pignora, et omnes denarios, et res Communis, que erunt in me, vel que remanserint alij Massario succedenti me in hoc officio Massarie, qui per Communitate Sacili electus erit omni occasione remota. Securitatem nomine Communis de pignoribus Communis Sacili, seu de pignoribus, que in me pervenerint, et dabuntur occasione Communis Sacili: et pignora que recipiam, talia recipiam que valeant illud pro quo dabuntur, vel plus bona fide. Et hec omnia attendam, nisi remanserit verbo Potestatis, vel sui Nuncij specialis. Generaliter attendam hoc totum bona fide, sine fraude remoto hodio, amore, et timore, ac dominio, ut superius legitur: et sicut continetur in Sacramento sequentium observabo plenius bona fide. Et omnia alia officia, que mihi a Potestate fuerint injuncta

bona

Biblioteca Civica di Udine

bona fide faciam, et observabo. Hoc salvo quod si quid additum fuerit, vel diminutum per Potestatem, quod de addito tenear, de diminuto vero non.

Addicio facta super Massarios Communis, et juratos Ecclesie Sancti Nicolai.

Addicio facta in Arenga publica nemine discrepante. Quod quilibet Massarius Communis Sacili et quilibet juratus Ecclesie Sancti Nicolai de Sacilo teneatur exigere tempore sui officii omnes condempnationes factas tempore sui officii: et omnia debita facta in dicto tempore: quod si non fecerint teneantur illas condempnationes, et debita solvere de suo eo tempore quo exierint de officio, nisi habuerint legiptimam excusationem: que excusatio debeat videri per Consilium Sacili, si fuerit legiptima nec ne.

Forma juramenti dandi Massario Communis Sacili

Ego juro ad sancta Dei Evangelia, quod bona fide, et sine fraude faciam officium Marigicij toto tempore mei regiminis: et omnia precepta mihi injuncta a Potestate, vel officialibus bona fide sine fraude attendam, vel attendi faciam: Et publicum quandocumque necesse fuerit ad Munimen, et Aptamentum Terre Sacili tam in pontibus, quam in viis, vel aliis locis necessariis fieri faciam bona fide:

Et si quis per fraudem steterit sine debito impedimento, quod ad Publicum non venit ipsum pignorari faciam: Et si pignus revelaverit Preconi ipsum, aut ipsos Potestati, vel officialibus manifestabo.

De dicto namque Publico, vel Publicis nil aliud recipiam nisi quod per officium meum mihi concessum fuerit.

Waytas, et Schirivaitas tam in die, quam in nocte oportunas ad Terram Sacili faciam ordinari: et si quis contrafecerit 2. soldos pro Banno componet: et qui currum habuerit 5. soldos denariorum pro Banno componet.

Saltarios enim ab utraque parte Sacili ponam, vel faciam poni, et eorum manifesta in scriptis reducam, vel reduci faciam, ipsos condempnans secundum Consuetudinem Terre Sacili: et omnia que in me pervenerint occasione Banni, Tertiam Partem Potestati

dabo

dabo, et assignabo; Alias vero duas partes Massario Communis Sacilii: Etiam ne lignatorem, aut ligna, vel alia in me pervenientia vendam, vel vendi faciam: et denarios inde receptos ad aptamentum Communis ponam, vel faciam poni, vel Massario Communis dabo: et omnia ferramenta, vel acutas, quæ, vel quos in me habuero ad aptamentum Terræ Sacilli ponam, vel poni faciam, aut Massario Communis dabo.

Et Præconem inveniam bona fide, vel faciam inveniri, prout melius potero ad honorem, et bonum statum Communis Sacilli, et ut superius in sacramento sequentium plenius continetur. Sic ego de addito teneat de diminuto ...

Forma juramenti Saltariorum ecc.

Ego juro ad Sancta Dei Evangelia quod omnia præcepta, quæ mihi Potestas vel ejus Tabellio, aut Nuncius suus per totam suam Potestariam fecerit, attendam et observabo. Et omni Mane et post Nonam sine fraude in horis, quibus cautæ fuerint, et diebus, si in Civitate hac ero, Potestati, vel Notario me suo conspectui præsentabo, et absque verbo suo ab ea, vel ab eo me non separabo.

Ambasciatas mihi injunctas a Potestate, vel ejus Tabellione fideliter dicam, et veraciter faciam: Et responsa mihi facta bona fide et veraciter reddam. Credentias Potestatis, vel Tabellionis veluti mihi præceptum fuerit observabo.

Et si quid pervenerit ad me occasione Comandariæ, quæ Communi pertinere videntur, Camerario Communis dabo et bona fide assignabo infra secundam diem, si fuerimus in Civitate.

Et nihil exigam ab aliquo nostri Districtus pro pignorando aliquem nostri Districtus, si mihi injunctum fuerit a Potestate, vel Notario: et quæcumque hora Potestas, vel Tabellio mihi præceperit, ut pignus, vel pignora restituam, reddam.

De quinque sold. de Pignoribus de extra Civitatem, et de duodecim denariis de Civitate nihil in me retinebo, nisi receperim a Massario Communis.

Sine verbo Potestatis et præcepto, vel Notarii neminem pignorabo: et aliquis, si eorum jussu fuerit pignoratus, non reddam pignus sine verbo Potestatis vel Notarii.

De rebus Communis, quæ pervenerint ad me: et rebus aliorum, quæ ad me pervenerint occasione Comandariæ, quovis modo, pervenerint, fraudem, neque furtum non faciam, nec consentiam facienti: et si sciero fieri factum, et in Civitate ero, Potestati, vel Notario, vel Massario infra

tres

tres dies manifestabo, nisi ante redditum fuerit. et si extra Civitatem fuero infra Octo dies manifestabo iustis Personis, si potero, per me, aut per alium, seu etiam per litteras: et hoc totum, quod dictum est, faciam et attendam per totam Potestariam bona fide, et sine fraude: Nec suum dampnum, sive dedecus operabor: et si aliquem sciero hoc operari velle, aut facere, quam citius potero ei, vel eis denunciabo per me, vel per nuncium specialem: Hoc salvo quod si fuerit additum, vel diminutum, quod de addito tenear, de diminuto vero non: et omnia alia officia mihi injuncta a Potestate, illa bona fide faciam, et observabo.

Forma juramenti dandi Juratis Terre Sacilli, ut in hoc Capitulo habetur

Ego juro ad Sancta Dei Evangelia, quod bona fide et sine fraude faciam facta Jurarie, et Banna apposita, et ordinata a Potestate attendere faciam bona fide: et si quis in Bannum ceciderit, bona fide excuciam secundum voluntatem Potestatis: et duas partes omnium Bannorum, que pervenerint in me Camerario Communis dabo: et omnia illa precepta que mihi Potestas, vel ejus Consilium fecerit, sive de pondere panis, sive et de alio facto, bona fide attendam, et observabo:

Nec pignus Bannorum reddam, neque remittam aliquod Bannum alicui in parte, nec in toto sine Verbo Potestatis vel ejus Consilii: salvo quod, si injunctum mihi fuerit a Potestate nuncio id observare, et attendere tenear.

Nec furtum, neque fraudem de rebus Communis faciam, nec fieri consentiam. et si cognovero aliquem fecisse Potestati, et Massario infra quartum diem manifestabo, nisi redditum fuerit, neque superpositum alicui accipiam: et postquam cognovero aliquem contra Bannum fecisse, illum bona fide constringam ad pignus dandum, sicut continetur in Sacramento sequentium bona fide attendam, et observabo: et hoc salvo quod si quid additum, vel diminutum fuerit, quod de addito tenear, et de diminuto non: et omnia alia officia a Potestate mihi imposita bona fide faciam et observabo.

Et quod ego bis in ebdomada faciam, et Banna Jurarie inquiram, et quotiens aliquem in Bannum cecidisse invenero, et sciero totiens habeo Bannum excutiam, et auferam.

UDINE

In hoc Capitulo continetur forma juramenti dandi Macellatoribus, ut hic habetur.

Ego juro ad sancta Dei Evangelia bona fide, et sine fraude facere carnes sub Macello communis Sacilli hinc ad Sanctum Georgium proximum venturum. Quod ponderabo carnes, et vendam cum recta statera, et non cum falsa; nec ipsam falsam introducam: et si sciero aliquem habentem, vel ponderantem cum falsa statera sub Macello, quam citius potero Potestati, et juratis manifestabo.

Secundum quod carnes ad manus fuerint positæ per juratos tam fideliter forensibus vendam, quam terrigenis: scilicet carnes Multonis castrati pro carnibus castratinis, carnes Multonis cugudinis pro carnibus cugudinis. Vendam insuper carnes ovinas, ~~Stygrinas~~ Vacinas, Caprinas, et porcinas, seu scrovinas secundum quod ~~fuerit~~ bona fide et ceteras vendam juxta suum esse, et non aliter.

Nec carnes infirmas non deferam ad Macellum, nec ipsas interficiam: et si aliquem sciero conducentem, quam cito potero, Potestati, et juratis manifestabo.

Nec carnes alicujus Macellatoris super Bancham meam ad vendendam accipiam solummodo meas. Prece, amore, nec precio alicujus Macellatoris stabo, quin faciam carnes, quamvis ipse carnes mortuas habeat sub Macello, et quod eas vendere non ~~valeat~~ propter ipsarum macritatem, vel propter aliam quamlibet causam.

Insuper ingenio aliquo, vel tempore stabo, cum fuerint hospites et Adverne in Sacillo, quin ego vendam carnes tam hominibus de Sacillo, quam eis, si voluerint a me, et petierint libram unam.

Hoc addito Macellatori libra~~ntes, quod sit statera~~ communis erit sub Macello, quod Macellator in ponderazione sua, si bene non erit equa, ad Sacramentum minime tendatur. Et vero de libra una tres unciæ deffecerint, vel plus, vel minus. X. soldos denariorum persolvat: et si in libra media defecerit quidquam etiam plus, vel minus iuxta quantitatem ponderis. XXV. soldos denariorum bannum componat. Si vero libra una in quantitate majori deffecerit, vel etiam plus, vel minus centum soldos denariorum persolvat, quorum ei de contingenti aliquid relaxetur.

Hæc autem omnia supradicta debeant esse firma, et rata preterquam in foris Sti Laurentij et Sti Martini annualibus, et exceptis, et preterquam justum impedimentum Macellatoris intersit.

aut

aut quod non esset in Terra vaccilli, vel quod carnes habere non possunt. Et si quis Macellator contra hoc fecerit centum soldos Bannum componat.

Et quod ipse recte ponderabit, et rectam dabit cuique pondus; et quod neminem societatem cum aliquo Macellatore habebit sub macello, nisi cum socio suo ad Bancham Macelli.

Additio facta.

Item subjungitur quod Macellatores habeant licentiam vendendi carnes Una Die ante Festum Scti Laurentii, et una post: et una die ante Festum Sancti Martini, et una post: et prima die ssiviante carnisprivium usque ad caput jejunii ad suum libitum vendant carnes, et propter hoc de Banno non teneantur in exceptis illis diebus.

Item subjungitur quod Macellatores teneantur de Die, et non de nocte facere carnes.

Item quod Macellatores teneantur facere carnes Die Fori Quercorum: et si contrafecerint puniantur secundum statutum: et quod non teneantur dare carnes ad portandum super Fornum.

Additio facta super Sacramento Macellatorum, et Casolariorum facta in Arenga Publica.

Item quod nullus Macellator, vel casolarius habeat arbitrium vendendi carnes, et caseum in Festo Paschatis ultra quod fuerit positum ad manum, et si contrafecerit puniatur secundum statutum.

statutum

Statutum quod quilibet Massarius Communis habere debeat quinque soldos grossorum pro quolibet, et duodecim parvulos pro libra de condemnationibus.

Statuimus, et Ordinamus, quod Massarii Communis Sacili habere debeant quinque soldos grossorum pro quolibet, et Duodecim parvulos pro libra de condemnationibus, quas exigunt suo Regimine pro Anno, quo regent, seu erunt Massarii. Et nullum lignamen habere debeant, nec ferramentum nec aliquid aliud in suam utilitatem: sed de stellis, et quocunque lignamine, et ferramento rationem consignare in utilitatem Communis

Statutum quod de Denariis ~~Communis non~~ expendatur in servitio aliquorum nisi eorum qui faciunt Viciniam et Angarias Sacili.

Item statuimus, et Firmamus quod de denariis Communis Sacilli aliqualiter non expendatur in servitio aliquorum, nisi eorum qui faciunt Viciniam, Angarias, et omnia communiter imposita.

Quod nullus debeat pascholare, nec secare super Paschulo Communis, nisi illi, qui faciunt Viciniam, et Angarias Sacilli.

Item quod nullus debeat pascholare super paschulo Communis ante Cabulanum, nec aliquo alio Paschulo Communis, nec secare Banno XXV. Soldorum pro quolibet, videlicet illi ~~qui non faciunt~~ Angarias, et Viciniam

Quod quilibet de Vigonovo habens propriam Canipam in Sacillo possit mercare in Sacillo.

Item quod quilibet de Vigonovo possit emere, et mercari in platea Sacilli, et hoc tantum intelligatur de habentibus Canipam in Terra Sacilli, dummodo incanipet in Terra Sacilli, et emat de suis propriis denariis.

Quod nullus Civis Sacilli vadat ad pignorandum, vel robandum sine Verbo Sindicorum ~~et Massariorum~~ Communis.

Item Statuimus, et Ordinamus, quod nemo Civis Sacilli audeat ire pignorandum, vel robandum sine Verbo Sindicorum, et Massariorum Communis Sacilli Banno centum soldorum parvorum. Et si iverint, et capti fuerint, vel damnum aliquod paterentur: quod Commune Terrae

Terre Sacilli non teneatur illum, seu illos adjuvare: nihilominus teneatur solvere Bannum predictum: excepto quod si Capitaneus Sacilli nonnillis proprio ore preceperit.

Contra illum qui vocat aliquem periurum, vel latronem, concurbitam, vel falsarium.

Item si quis vocaverit aliquem Periurum, vel Latronem, seu conturbitam, falsarium, seu Proditorem irato animo. XL. soldo denariorum Bannum componat et injuriam ad voluntatem Potestatis emendet, et suorum Consiliariorum.

Contra illum qui sua Auctoritate aliquem impigniorat.

Item si quis sua auctoritate sine Verbo Potestatis, vel Notarij aliquem impignoraverit XXV. denar. Bannum componat.

Contra illum qui clausuram, ~~vel ortum~~ frangit alicujus

Item si quis clausuram, vel ortum fregerit alicujus, seu herbas orti alicujus abstulerit, vel rapa, aut bladum agrorum XXV sold. denariorum Bannum componat. et dampnum emendet illi, cui datum fuerit, et si satisfacere nequiverit in Platea verberetur.

Statutum contra illum, qui in die, vel nocte ponit equum ad Traynam.

Item si quis miserit equum de die ad Traynam ~~Traynam. V. sol.~~ denariorum Bannum componatt, et emendet Bannum dominus, cui fuerit equus, et pro bova invento ad Traynam de nocte II. sold. Bannum componat. De die vero invento XII. denarios persolvat, et dampnum emendet dominus, cujus bos fuerit.

Statutum super Capram, et porcum inventis in alienis Clausuris

Item pro Capra, et Porco inventis pascentibus, et rimantibus in clausuris alienis III. sold. denariorum pro unoquoque de Bestiis supradictis solvere teneatur dominus bestiarum, et emendet damnum ~~et hoc~~ toties, quoties per saltuarium inventæ fuerint, vel alius confitarit

Statutum contra Mollendinarios tenentes mensuras falsas.

Item si mina, vel situla Mollendinarii inventæ fuerint falsæ, vel minores centum sold. denariorum Bannum componat pro unaquaque dictarum Mensurarum.

Statutum

Statutum super illos, qui tenent mensuras falsas.

Item si quis Quartam, vel Stateram, seu Libram falsam tenuerit centum soldos denariorum pro qualibet mensura inventa falsa solvere teneatur.

Statutum super illum, qui habet minorem pesam, quam debeat, vel facit panem minorem.

Item si quis habuerit pesam panis, minorem, vel fecerit panem minorem XXV. sold. denariorum Bannum componat: si per juratum fuerit accusatus, de illo Banno jurati nequeant ei demittere quidquam.

Statutum contra Tabernarios vendentes Vinum absque Verbo juratorum.

Item si quis Tabernarius absque Verbo juratorum Vinum vendiderit antequam sit per eundem positum ad manum XXV sold. denariorum Bannum componat: et hoc totiens, quotiens manifestatus fuerit per juratos, et de contingenti nil demittatur ei.

Statutum contra illum, qui fuerit vocatus ad faciendum rationem alicuii.

Item si aliquis fuerit per Preconem vocatus ad faciendum rationem alicui, et in termino sibi prefixo comparere noluerit, vel congruum Nuntium, vel Procuratorem non miserit: et actor superstiterit, et ipsum fecerit scribi V. sold. denariorum Bannum componat: et idem observetur in actore reo instante, et faciente eundem scribi.

Statutum contra Tabernarios mensuras suas non implentes.

Item si quis Tabernarius traxerit mensuram Vini semam XXV. sold. denariorum Bannum componat.

Statutum contra illum, qui aliquem inpignorat venientem ad Fora generalia.

Item si aliquis cum suo mercato venerit ad omnia generalia Fora, et per aliquem fuerit pignoratus absque Verbo Potestatis centum sold. denariorum Bannum componat, nisi fuerit latro, seu Prodo, vel falsator: et si eum postea pignoraverit de Banno non teneatur si fuerit de predictis.

Statutum contra ponentes fimum in viis Terre Sacilli.

Item si quis fimum posuerit in viis Terre Sacilli, et infra quindecim dies ipsum inde non abstulerit XXV. sold. denariorum Bannum componat, nisi intersit verbum Potestatis.

pag 36. Millo CCCXL. Ind. XVII. Die VI. Madij. Facta fuit quedam Additio Statuto Communis per N. V. dum Castronium de Savorgnano Vicecapitaneum Terre Sacilli sub Logia Communis pro Tribunali more solito sub ipsa sedente cum suis Consiliaribus, et officialibus, et per ipsos Consiliarios seu per majorem partem ipsorum consulentes, et consilium confirmantes. videlicet, quod hinc in anteal nullus audeat, sive presumat facere

fimum

finium in aliqua strata, seu via districtus dicti Terre Sacilli sub pena, et Banno XXV. sold. pro vice qualibet, qua quispiam contrafecerit, vel veniret contra predictum Consilium, seu Mandatum: in cujus rei testimonium idem Dnus Castronus jussit exclamari per Preconem in loco solito, et sic factum fuit, et Bavilaqua Preco ivit exclamans.

Statutum contra illum, seu illos, qui furtive Bladum alicujus auferunt

Item si quis in Districtu Sacilli Bladum alicujus furtim abstulerit XXV. sold. Denariorum Bannum componat, et dampnum emendet: et si solvere nequiverit in Platea penitus verberetur.

Statutum ut hospites Forensibus suis hec denuntient.

Item si quis habuerit Forenses in Domo sua, teneatur interdicere eis, ut in Districtu Sacilli herbam in clausuris alienis facere non presumat, et alicui Bladum non auferant. Et si hospes eis denuntiare neglexerit XX sold. Denariorum Bannum componat, et dampnum emendet. Si vero eis denuntiatum fuerit, et despexerint commune preceptum, tunc Forenses quibus denuntiatum fuerit XX sold. Denariorum Bannum componant, satisfacientes dampnum ad voluntatem Potestatis, et Consiliariorum ejus.

Statutum quod nullus presumat claudere Vias in Districtu Sacilli.

Item si quis Viam clauserit in Districtu Sacilli centum sold. denariorum Bannum componat, et Viam eandem prorsus aperire teneatur.

Statutum contra illos, qui ante terminum recedunt a suis Dominis.

Item si quis Homo, vel mulier steterit pretio cum Domino aliquo, vel sine pretio, et ante terminum a suo Domino, et sine ejus Verbo recesserit, pretium sibi debitum penitus denegetur. Si vero de rebus sui domini secum detulerit, et infra tertium diem illas non restituerit in bannum ponatur ad voluntatem Domini sui, dummodo satisfacerit omnia sine fraude. Et si quis Hominem, vel Mulierem supradictos in domo sua secum acceperit antequam dampnum satisfaciat Domino pro XL sold. Denariorum Bannum componat.

Statutum, ut nullus portet arma sine Verbo Potestatis.

Item quod non liceat Homini alicui in Civitate Sacilli deferre spatam, Cultellum puntatum, seu davam absque Verbo Potestatis, vel licentiam

ufficialium

Officialium, nisi sit in itinere, vel reddibus constitutis. Et si quis contra hoc fecerit XXV. sold. denariorum Bannum componat, et plus, vel minus ad voluntatem Potestatis, et suorum consiliariorum.

Statutum, ut quilibet Hospitator denunciet suis hospitibus dimittere arma.

Item si quis Advena venerit in Terra Sacilli ad hospicium alicujus Hospes ei denunciat, ut arma in hospicio dimittat et si ei non dixerit XXV. sold. denariorum Bannum componat. Si autem dixerit ei, et propter hoc arma non dimiserit, illa eadem arma ei penitus auferantur.

Statutum quod nullus Hospitator exeat de porticibus suis vocari Romipetas.

Item si quis Hospitator postquam Peregrini, vel alii transeuntes intraverint Terram Sacilli a Ponte superius et a porta inferius, exiverit de porticibus suarum domorum, et ante alienam domum iverit convocatum causa ducendi eos ad suum hospicium XXV. sold. Bannum componat, et plus, vel minus, ad voluntatem Potestatis, et suorum consiliariorum.

Statutum fuit in Arenga quod nullus Hospitator presumat ire, nec mittere aliquem extra Terram Sacilli, nec tantum exire de suis porticibus causa vocandi aliquem forensem quod veniat ad suum hospicium, Banno XXV. sold.

Statutum contra illum qui percutit, vel pingit Officialem exercentem officium.

Item si quis irato animo aliquem officialem exercentem officium Potestatis percusserit, vel pinxerit ut sanguis exeat: L. Librarum denariorum Bannum componat: et si sanguis non exierit XXV lib. denariorum Bannum componat, damnum et injuriam emendet.

Statutum contra illum qui percutit vel pingit Preconem aliquem impignorantem.

Item si quis percusserit, seu pinxerit Preconem pignorantem, vel observantem Potestatis precepta, aut Notarii. X lib. denariorum Bannum componat, vel plus, vel minus ad voluntatem Potestatis, et suorum consiliariorum

Statutum contra illos, qui revelant pignora

Item si quis Pignus revelaverit tam Preconi custodienti, quam aliis Preconibus XX sold. denariorum Banno penitus persolvatur.

Statutum contra quemvis Hominem, et mulierem vocantem aliquam mulierem habentem virum meretricem.

Item si quis homo, vel mulier vocaverit mulierem aliquam meretricem Virum habentem XXV. soldos denariorum persolvat, et emendet injuriam.

Statutum ut nullus Piscator audeat vendere pisces nisi sub macello.

Ordinamus, et precepimus quod quilibet Piscator vendere teneatur pisces ad macellum Communis, et non alibi. Et in diebus, quibus homines jejunant usque ad horam None a macello defferre non presumat. In diebus vero quibus non jejunatur usque ad tertiam portare etiam non attentet. Et quicumque Piscator contrafecerit Centum sold. denariorum Bannum componat, et plus, et minus ad voluntatem Potestatis, et suorum Consiliariorum.

Statutum quod nullus incola Terre Sacilli accipiat rationes et actiones, sive procurationes ab aliquo extraneo.

Item quod nullus Terrigena accipere debeat rationes, et actiones ab aliquo extraneo super aliquem nostri districtus, nisi fuerit Fidejussor: Et quod Potestas non teneatur sibi facere rationem si non fuerit fidejussor, et non possit etiam accipere ~~procurationes. Et qui~~ contrafecerit XXV. sold. denariorum persolvat.

Reformatio dicti Statuti

In Xpi Nomine Amen. Nativitatis ejusdem Millo Quatercentesimo Vigesimo Primo, Ind. decima quarta, die X Mensis Martii. Actum Sacilli super Logiam Portus in Consilio Terre Sacilli. Coram spectabile, et Egregio Viro Dno Nicolao Basaeo ~~Honorab. Pot.~~ Pot. et Cap.o Terre Sacilli pro Illma et Serma Ducali Dominatione Venet. presentibus Nobilibus Viris S. Antonio de Galvagnis, S. Daniele Farienti, Andrea Dominici, et Christophoro q.m S. Bonapasij Massariis Communis Sacilli, Francischino de Sparaveriis, Antonio de Vanni, Johannes

filippo

Filippo Notario, Odorico Notario, Hectore de Galvagnis, Johanne Bettanii Antonio q.m D. Bernardi q.m D. Hectoris, Galvano del Ben, omnibus consiliariis Terre predicte.

Captum et terminatum fuit in ~~dicto consilio~~ nemine discrepante, Quod omnes Forenses quorumcumque locorum, et Terrarum possint constituere vero; seu Cives, et Districtuales Terre Sacilli suum, sive suos procuratores seu Procuratores super omnibus eorum causis, quas habent, seu habituri sunt cum personis, Hominibus et Districtualibus Terre Sacilli: et hoc habeat locum tam in presentes, quam in futuris, non obstante aliquo statuto in contrarium loquente.

Statutum contra Tabernarios, et Macellatores blasphemantes juratos, et homines qui cum eis sunt ad ponendum carnes ad manum, sive Vinum.

Siquis Macellator Sacilli blasphemaverit ~~juratos et~~ Homines, qui cum eis erunt ad ponendum carnes ad manus, vel Tabernarius, et dicet eis dedecus, et oprobria, et rusticitates enormes, seu pro vice XXV. sold. Denariorum Bannum componat.

Statutum quod nullus Homo de Terra Sacilli, vel ejus districtu a centum soldis infra possit apellare.

64 Item quod nullus homo de Terra Sacilli, vel ejus districtu a centum soldis infra se valeat apellare: et hoc Dnus Albertinus de Monteregali Potestas Sacilli jussu, et Auctoritate Dni Patriarche Aquilejensis, et consilio suorum Consiliariorum, et Sapientum suorum, nec non et Convicinorum suorum, sic statuit, et ordinavit fore firmum, et observari debere.

Statutum, ut nullus Potestas Sacilli accipiat judicaturam suam, nisi cum voluerit Sententiam promulgare

Item statuit, et ordinavit suprascriptus Dnus Albertinus Potestas Sacilli, quod nullus Potestas regens ipsam Terram debeat accipere judicaturam suam, nisi cum voluerit sententiam promulgare.

Statutum super illos qui Testes inducunt super debito aliquo, vel super alia quavis causa, quod prius debeant jurare.

67 Item si aliquis inducere voluerit testes super debito aliquo, vel alia qualibet

causa

causa, ille qui induxerit testes jurare teneatur ad sancta Dei Evangelia se illos inducere bona fide, nec fraude, nec fuga, nec etiam malo zello, sed quod pure, et legitime intendat suam probare intentionem.

Statutum contra incidentes vites, vel arbores, vel metam furtim combucentes

Item si quis in Districtu Sacilli vites, vel arbores domesticas furtim inciserit XXV. soldo denariorum Bannum componat, et emendat dampnum. Si vero furtim domum combuxerit I Libra denariorum Bannum componat: et si metam furtim combuxerit X. Libr. denariorum Bannum componat, et plus, vel minus ad voluntatem Potestatis, et suorum consiliariorum: dampnum et injuriam emendet, et si solvere non potuerit in Bannum ponatur, quo exire non valeat, nisi primo satisfaciat.

Statutum quantum solvi debeat pro extimatura

Item statuimus, et ordinamus, quod Estimatores communis non teneantur accipere pro extimatura nisi duodecim denarios parvulos pro libra, videlicet Quatuor Capitaneo, quatuor extimatoribus, et quatuor Preconibus.

Statutum de Libellis non offerendis, nec petendis.

Item statuimus quod nullus Debitor, seu reus teneatur petere Libellum alicujus debiti ab actore, seu Creditore, nec creditor teneatur offerre Libellum.

Statutum quod eligantur, et firmentur duo Massarii Comunis et non Mariga.

Item quod eligi et firmari debeant annuatim duo Massarii communis, et non Mariga, qui Massarii esse debeant super omnibus exationibus, receptionibus, et expensis publicis, custodibus, angariis, superangariis, et juribus omnibus communis Sacilli.

Quod Capitaneus Sacilli mittat appellationes interpositas ad Dnum Patriarcham sine partium cognitione

Item quod Capitaneus Terre Sacilli teneatur mittere appellationes interpositas ad Dnum Patriarcham sine partium scitu, vel cognitione expensis appellantium, et quod appellans, seu alter ejus nomine ad curiam

Dni

Dni Patriarchę ire non presumat causa utendi dicta apellatione, nec aliqua Partium. Quod si contrafecerint centum soll. denariorum Bannum componat.

Statutum supra Compatres:

Item quod nullus de Terra Sacilli, vel Districtus presumat tenere ad Baptismum vel Xpianitatem filium, vel filiam alicujus Magnatis, vel Parvitenjis cumque conditionis existat, nisi tres Terrenses: forenses vero quod volue-rint: et quod nullus audeat indicare aliquem Zipocium nisi Zunica Novem Grossor. pro brachio, ad plus, pignolato camisia, condecentibus subtelaribus, et dare cereum unius libre, et non plus: et quod nullus compater audeat similiter dare nisi XX soldos denariorum ad plus Comatri in Batemio Bano centum soll. denariorum.

Statutum Super indemnitatem Pupillorum.

Item Quia plurimque per Tutores male provvidetur, Volentes dictorum Pupillo-rum indemnitati providere. Hac nostra provida Lege duximus Statuen-dum: Quod quilibet Tutor, sive Curator alicujus Pupilli, sive Adulti annuatim tempore, quo Massarii, seu Camerarii communis Sacilli red-dant sua jura expensarum, et receptionum Capitaneo, et Sindicis communis Sacilli: Similiter ipsi Tutores, seu curatores predictis Capi-taneo et Sindicis teneantur, et debeant reddere jus, seu jura ad-ministrationis sue Tutelle: et quod Capitaneus et Sindici dicti Com-munis Sacilli annuatim dicto tempore Sacramento teneantur com-pellere dictos Tutores, seu Curatores ad dictum jus sibi reddendum.

Super eodem.

Item statuimus, quod quilibet Tutor, seu Curator alicujus Pupilli, sive Adulti, si fuerit testamentarius infra triginta dies a tempore mor-tis dicti Testatoris, de Bonis mobilibus, et immobilibus dicti Pupilli, sive Adulti Inventarium facere teneatur. Si vero fuerit Legiti-mus, sive dattivus Tutor, quod infra triginta dies a tempore sue confirmationis teneatur facere inventarium de bonis dicti Pupilli, sive Adulti suo sacramento, et si facere recusaret arbitrio Con-scilii Terre Sacilli debeat condemnari.

Super eodem

Item statuimus, quod dicti Tutores, seu Curatores debeant dare in scriptis Massariis communis Sacilli Bona mobilia et immobi-lia, que bona debeant registrari in Quaterno communis Sa-

cilli

expensis Pupillorum, sive Adultorum; ad hoc ne ipsorum Bona valeant usurpari; cui, Libro, et iis eo contentis fides adhiberi debeatur.

Statutum contra fures

Statuimus, et firmamus, quod si quis fecerit furtum in Terra Sacilli, vel ejus Districtu, et probari poterit a XII. denariis supra, usque ad X. soldos XL. Frixacenses Aquilagenses Banno componat pro primo furto: et si solvere nequiverit verberetur in platea, et ponatur in Banno. Si vero furatus fuerit a X. usque ad XX soldos, X libras denariorum Bannum componat: et si solvere nequiverit, et foret secundum furtum verberetur, et bulletur, et reddat furtum cum pena furtis, et ponatur in Banno: et si tertium furtum fuerit puniatur secundum Leges et juris ordinem

Statutum contra eum, qui alicui membrum abstulerit.

Item si quis in Terra Sacilli, vel ejus Districtu alicui membrum abstulerit, L. Libr. denariorum Bannum componat dannum et injuriam emendet, et plus, vel minus ad voluntatem Potestatis, et suorum Consiliariorum. Si vero membrum alicui abstulerit, videlicet pedem, vel manum, nasum, seu occulum eruerit alicujus in rixa et non animo pensato. L. Libr. denariorum Bannum componat Si vero infra Quindecim dies a die facte condemnationis non solverit, quod Delinquenti simile membrum auferatur. Si vero talia fecerit animo pensato, et probari poterit centum Libr. denariorum Bannum componat. et si infra quindecim dies non solverit a die facte condemnationis, Mallefactori auferatur simile membrum.

Statutum contra extrahentes Lanceam, vel Lapides contra aliquem.

Cupientes ne mala remaneant impunita. Statuimus quod si quis irato animo traxerit Lanceam, vel Lanzonum, seu spuntonum, et exeat de manu, et non percusserit LX. sold. denariorum Bannum componat. Similiter si quis traxerit Lapidem vel Lapides animo irato post aliquem XXV. sold. denariorum Bannum componat.

Contra eum, qui aliquem irato animo spinxerit.

Item statuimus, et firmamus, quod si quis irato animo spinxerit aliquem et non cadat in terram XXV. sold. denariorum Bannum componat. Si vero ceciderit in terram et sanguis non exierit. LX. sold. denariorum

Bannum

Bannum componat, si vero sanguis exierit centum sold. denariorum Bannum componat.

67 Statutum contra rixantes extrahentes arma.

Item statuimus et Ordinamus, quod si quis traxerit spatam, vel cultellum, et non percusserit III. Libr. denariorum Bannum componat. Si vero percusserit aliquem, et non animo pensato, et sanguis exierit X. Libr. denariorum Bannum componat. si vero exierit sanguis, et talia fecerit animo pensato, et probari poterit XV. Libr. denariorum Bannum componat. Si vero quem fuerit aggressus et aggressus ad sui deffensionem traxerit cultellum, seu spatam, et probari poterit sold. XXX denariorum Bannum componat: et si sanguis exierit sold. centum denariorum Bannum componat, damnum et injuriam emendet ad voluntatem Potestatis, et suorum Consiliariorum.

7? Contra violantes Domos alienas.

Item statuimus et Ordinamus, quod si quis Auctoritate sua fregerit domum alicujus sine Verbo Potestatis, vel Officialium, seu domum alicujus intraverit violenter, si de die fuerit XXV. Libr. denariorum Bannum componat, si vero de nocte .L. Libr. denariorum Bannum componat, et injuriam emendet ad voluntatem Consilii Communis Sacilli. Si vero quis intraverit domum alicujus propria auctoritate inferendo damnum, et opprobrium habitanti in dicta domo, dummodo non intraverit violenter, si de die Libr. III. denar. Bannum componat, si de nocte Libr. XXV. denariorum Bannum componat.

67 Contra eum, qui mulierem aliquam violenter rapuerit.

Item statuimus, et Ordinamus, ac firmamus, quod si quis in Terra Sacilli, vel ejus districtu Mulierem aliquam contra voluntatem dicte Mulieris violenter rapuerit, puniatur secundum Leges civiles, et quod postulat ordo juris civilis: et hoc si mulier erit bone fame. Si vero essent equales, vel inequales, et inter se valeant matrimonium contrahere, dummodo de jure contrahere posset inter ipsos, in nihilo puniatur; sin autem, ut superius dictum est puniri debeat.

In Christi nomine

In Christi nomine. Amen. Anno ab ipsius Nativitate MCCCCLIII. Ind. pa
in Phesto Scti Georgii, Die XXIV mensis Aprilis in pleno, et generali Arengo
Congregato sub Logea Portus terra tertia ad sonum campane more solito.

Viso, et examinato predicto Statuto conservante non parvam Inhone=
statem. Quod non puniatur quicumque rapuerit contra voluntatem Mulieris
Dummodo contrahat Matrimonium cum ea. Ideo in dicto Arengo nullo dis=
crepante retractatum fuit dictum Statutum, quod de cetero non observatur
nec observari debeat, sed penitus observetur, et observari debeat Statu=
tum Patrie Forijulii in tali casu providente.

Et ego Zampetrus Gajottus Sacillensis
Not, et Cancell. Comtis Sacilli mand.
scripsi.

Statutum contra predones depredantes in Districtu Sacilli.

Item Statuimus, et Ordinamus, quod si quis in Strata Districtus Sacilli aliquem
fuerit depredatus a XII denariis usque ad V sold. centum sold. denariorum
Bannum componat: et si solvere nequiverit verberetur in Platea, et
in Banno ponatur. Si vero depredatus fuerit a quinque soldis supra, usque
ad summam Viginti sold. X Libr. denariorum Bannum componat: et si
solvere nequiverit verberetur, et Bulletur in fronte, et Bannari debeat
de Terra Sacilli. Si vero depredatus fuerit a XX sold. supra, usque ad
centum. XXV Libr. denariorum Bannum componat: et si solvere nequi
verit bulletur, per terram Sacilli verberetur, et banniatur. Si vero a
centum sold. supra depredatus fuerit puniatur secundum Leges, et
quod postulat juris Ordo, et damnum, et injuriam emendet.

Statutum contra Omicidiarios omicidium comittentes in Sacillo, vel
ejus districtu confirmatum per Dnum Patriarcham Bertrandum

Cum statutum fuerit, quod si quis in Terra Sacilli, vel ejus districtu aliquem
interfecerit, quod puniatur secundum quod postulat juris Ordo. Addimus,
et firmamus, quod si quis aliquem interfecerit in Terra Sacilli, vel ejus
districtu puniatur secundum dictum Statutum. Si vero evaserit, debeat
perpetuo banniri de Terra Sacilli, et districtu: Ita quod si quo tempore
pervenerit ad manus Dominii Sacilli puniri debeat ut superius di=
ctum est expressum. Et si malefactor evaserit, et bona possederit
mobilia, vel immobilia in Terra Sacilli, vel ejus districtu debeat pro=
clamari per tres Terminos. Videlicet in Primo Termino, quod comparere

Debeat

debeat coram Capitaneo Sacilli: et suis Officialibus Banno L. Libr. denariorum. Et si non comparuerit, pro secundo termino proclametur, quod Banno aliarum Quinquaginta Libr. denariorum debeat comparere: et si non comparuerit proclametur pro tertio termino, quod comparere debeat Banno Ducentarum Libr. denariorum: et si contumax condamnetur in Ducentis Libris denariorum parvorum; Quae Banna aplicentur, et aplicari debeant Camerae Communis Sacilli, et non alicui Capitaneo, seu Domino. Quae pena statim debet exigi de bonis dicti Malefactoris: et Camerae Sacilli aplicari; et nihilominus banniatur: et si pro tempore pervenerit ad manus Dominii puniatur secundum Statuta: et si comparuerit puniatur secundum Statuta, si reperietur culpabilis. Si vero malefactor haberit Patrem, vel Matrem, filios, vel filias, fratres, vel sorores, Consanguineos, vel Nepotes, soluta dicta condemnatione omnia Bona dicti Malefactoris suis Propinquis aplicari debeant. Si vero careret ex ipsis Propinquis superius nominatis, et Malefactor evaserit tunc ejus Bona Capitanio, et Communi Sacilli confiscari debeant, et nihilominus perpetuo sit bannitus, prout superius est expressum.

Hoc est exemplum cujusdam Instrumenti, cujus tenor talis est. In nomine Xpi. Amen. Anno nativitatis ejus Millo Ducentesimo Octuagesimo Sexto. Quartadecima indictione Apud Civitatem. In palatio Dñi Patrie Aquilejensis. Die Mercurii quinto intrante junio. Presentibus Magro Petro Buda de Tarvisio Canonico de Aqilo. Dño Hengelpreto de Pregonia. Fratre Petro de Carugate Ordinis Humiliatorum, et Fragno Canonico Utinense. Testibus ad hoc vocatis, et rogatis et aliis. Cum quedam statuta facta fuissent a Commune Sacilli, quorum tenor de Verbo ad verbum noscitur esse talis.

Statutum est pro majori parte Communis Sacilli, quod si quis in Civitate Sacilli, vel ejus districtu animo irato percusserit aliquem, et sanguis non exierit sexaginta soldos denariorum parvorum pro compositione componat, et Sexaginta soldos pro Banno Communi, et plus, vel minus ad voluntatem Potestatis et sui consilii secundum qualitatem persone, et malefacti tam de Banno, quam de Compositione.

Item statutum est, quod si quis percusserit aliquem in Civitate Sacilli, vel Districtu ejus animo irato, et sanguis exierit centum soldos denariorum parvorum pro compositione, et Centum soldos pro Banno Communi, et plus et minus secundum qualitatem persone, et malefacti tam de Banno, quam de Compositione ad voluntatem Potestatis, et sui Consilii. Guidolinus Massarius Communis Sacilli, et majus de eodem Loco Ambasciatores Communis ejusdem. Constituti in presentia Reverendi Patris, et Dñi Raymondi Dei gratia Scte Aquilejensis sedis Pathe. nec non nomine, et vice communis ipsius, supplicaverunt eidem Dño Pathe, ut predicta duo statuta dignaretur de gratia confirmare. Quorum idem Dñus Patha supplicationibus inclinatus predicta duo statuta de gratia confirmavit.

Ceterum per dictos Ambasciatores presentato ipsi Dño Pathe, quoddam alio statuto, cujus tenor de Verbo ad verbum talis est.

Item statutum est, quod si quis interfecerit aliquem in Civitate Sacilli moriatur, et caput ei auferatur a busto, hoc idem Dñus Patha noluit confirmare. Set ubi dicitur moriatur, et caput ei auferatur a busto, sic correxit. Quod quicumque talia fecerit in Civitate Sacilli, et ejus Districtu secundum quod juris ordo postulat puniatur.

Ego

Ego Johannes de Lupico Sacri imperii Publicus Notarius supradictis omnibus presens interfui, et de mandº supradictis Dñi Potestatis Scripsi in formam pubblicam reducendo.

Et ego Bartholomeus quondam Thomasii Beccarii de Sacillo Imptli auctoritate Notarius, et officialis communis Sacilli hoc instrumentum, quod scriptum inveni in Libro Statutorum communis Sacilli autenticatum fideliter exemplavi, nihil addens, vel minuens preter punctum, vel virgulam, quod sensum mutet, vel minuet.

Contra occupantes Platheam

Cum statutum sit, quod nemo possit tenere fimum in viis Terre Sacilli. Nunc addimus, et firmamus; Quod si quis ausus fuerit ponere in Plathea Portus Pelles, Lanas, Blada et alias res occupantes dictum Portum XXV. sold. denariorum Bannum componat.

Item statuimus, quod Cerdones non possint scarnare curamina, nec alias Pelles in dicta Platea, et desuper rotas Liventie, nec Lanifices lavare Lanas, et res immundas proycere in dicto flumine, et qui contrafecerit puniatur, ut superius dictum est.

Statutum contra Clibanarias

Statuimus, et Ordinamus, quod Clibanaria teneatur ponderare panem juste secundum pondus datum sibi per juratos. Et si panis inventus fuerit minus de peso, quod Clibanaria teneatur solvere X soldos parvorum, et Pancogola teneatur solvere soldos XV. parvorum Capitanio, Communi, et juratis. Si vero Pancogola nollet, vel recusaret, quod Clibanaria ponderaret panem, tunc ipsa Clibanaria teneatur denunciare juratis, vel Potestati. Si vero non denunciaverit, et Panis inventus fuerit minus de peso: ex XXV. soldis parvorum, Clibanaria teneatur solvere X soldos, et Pancogola soldos XV. ut superius dictum est. Si vero Pancogola nollet, quod Clibanaria ponderaret, et ipsa Clibanaria ipsam Pancogolam denunciaret, et Panis inventus fuerit minus de peso, ipsa Pancogola secundum statutum condamnetur.

Statutum contra transeuntes fortilitias Terre Sacilli.

Si quis intraverit fortilitias Terre Sacilli de nocte absque verbo Potestatis, vel officialium centum. sold. denariorum Bannum componat. Si vero de die intraverit sold. XV. denariorum Bannum componat.

De Ordine

De Ordine judicii Terre Sacilli

Coram Honorabili, et Potenti Viro Dño Jacomuccio comiti de Purziliis Honorabili capitanio Terre Sacilli, ac ejus consilio nemine discrepante. Statutum, et ordinatum fuit, quod omnie die juridica Dnus capitaneus Terre Sacilli cum quinque consulibus eligendis de tribus in tribus mensibus pulsata campana pro terminis audiendis statim sedere debeant in Loco judicij, et Audientie, et a judicio non recedere absque voluntate Dñi capitanii nisi alium loco sui posuerit, ut infra continetur.

Teneaturque in eodem loco, et non alibi unus ex Notariis curie, quem Dnus capitaneus deputaverit, antequam predictus sedeat pro jure reddendo, omnes qui se presentent in cedula seriatim describere; nec aliquem scribat, qui non se presentet; quos sic presentantes in loco judicii teneatur dictus Dnus capitaneus secundum ordinem dicte cedule dictos terminos expedire: Valeatque, et plenum robur obtineat quicquid actum, et terminatum fuerit post sonum dicte campane partibus presentibus, vel altera ipsarum contumaciter absente. Quod si pars contumax venirit sedente Dño capitaneo, et procedere voluerit altera Parte presente; tunc dictus Dnus capitaneus ipsam Partem audire debeat, solvente pro ejus contumatia nomine pene alteri Parti soldos quinque parvorum statim antequam audiatur: et teneat dictus processus in ejus contumatia. Si vero Pars, que citari fecerit, descripta in dicta cedula clamata fuerit, et se non presentaverit in suo termino procedendo, et ibidem comparente Adversario suo: similiter dictus citari faciens non audiatur, nisi primo solvat dictis penis soldos quinque cum expensis, ut supra.

Item statutum et ordinatum fuit, quod aliqua Partium litigantium coram dicto Dño capitaneo, et quinque consulibus in aliqua causa, que non ascendat ultra summam Librarum X. aliquantulum non valeat se apellare, nec se committere, ab inde vero supra observetur modus antiquus observatus.

Item quod si qua Partium litigantium in causa sua procedere non poterit deffectu Notarii scribentis in dicta causa absentis, aut ejus Quaterni non apparent in judicio pro fide facienda de dicto Termino; talis Notarius scribens in causa teneatur reficere expensas Partibus, quorum acta habet, pro dicto Termino factas.

Item statutum, et ordinatum fuit, quod Notarius scribens datum communis teneatur scribere cedulam Terminorum dandam in manibus Dñi capitanei, et omnes litteras, et alia comittenda sibi per Dnum capitaneum, vel consilium, et Massarios communis in servitium communis aliquo mediante.

UDINE

Item quod Notarius ad talia scribenda deputatus, si aliqua de causa absentaverit, auctoritatem habeat eligendi, dimittendi unum alium ex Notariis loco sui: et similiter si aliquis ex dictis Consulibus non posset judicio interesse; possit et valeat unum alium Consiliarium loco sui subrogare, nec de Terra audeat recedere, nisi alium loco sui subrogaverit: et hoc sub pena XX sold. applicanda Camere communis.

Item statutum et Ordinatum fuit quod si quis forensis aliquid peteret, vel petere voluerit ab aliquo Terrigena, possit citare omni die non feriato ad petitionem forensis, et sibi respondere: et si venire recusaverit, sibi mandetur per Preconem in pena XXV. sold. parvorum pro primo precepto: et pro secundo precepto sold. L. parvorum: et pro tertio precepto sold. centum parvorum; Que quidem mandata sibi valeant fieri in uno die, quo Terrigena non comparente in dictis Terminis habeatur pro confesso: et stetur sacramento forensis super eo quod petet; quo juramento facto habeat nuncium ad pignorandum eundem Terrigenam statim summarie.

Item statutum, et Ordinatum fuit, quod si inter forenses in judicio Terre Sacilli aliqua questio verteretur quacumque causa, dicta questio per dictum Dnum Capitaneum, et ejus Consiliares inter ipsos forenses sicut inter Terrigenas valeat diffiniri.

BIBLIOTECA

C.
E. I
COLLE…

Marcus Antonius Memo Dei Gratia Dux Venetiarum
universis, et singulis Rectoribus, Magistratibus, et judicantibus

XVIII
9

Grano dei Statuti di Saile'

X

C.

Marcus Antonius Memo Dei Gratia Dux Venetiarum
universis, et singulis Rectoribus, Magistratibus, et jusdicentibus

CXI

Ex Codice Statutorum Communis Sacilli compilato currente
Seculo Decimo tertio.

In Nomine ... Incipiunt Statuta Communis Sacilli. Et primo incipit

Secundus antiquus Episcopatus Sacillanensis fuit.

Est Sacillum oppidum in Ducatu Fori julii nomen retinens loco amenissimo, Liquentiæ fluvio cinctum, populo frequens et lautum, terræmotibus gravissimis concussum ut Villanus in Chron. Episcopalem hic sedem fuisse patet ex Concilio Maranensi habito anno Christi 588 relato a Sigonio lib. p. hist. de Regno Italiæ, ubi inter cæteros Episcopos qui rectam fidem amplexi se a Severi Patriarchæ tria Chalcedon. Concilii capita improbantis auctoritate removerant, recensetur. Episcopus Sacillanus subscripsit Epistolæ Synodicæ Agathonis Papæ quæ extat in actis sextæ Synodi.

Italiæ Sacræ Tom. V Ughellii
edit. 2a Venetiis 1720.

Sacillum urbs olim non ignobilis nunc elegans Marchiæ Tarvisinæ oppidum vulgo Sacile, in ipso limine Forijulii Liquentiæ fluvii aquis circumdatum jacet duodecim tantum passuum millibus a Ceneta dissitum Veneti dominij. Ejus Episcopalis antiquatæ sedis testis est Sigonius, qui Agnellum in Maranensi conventiculo descriptum Sacillanum dicit Sigonij sententia confirmari potest ex codice Fisci Apostolici et ex Provinciali Romano, in quibus Sacillanensis Episcopatus memoratur. Sit igitur

Agnellus Sacillanus Episcopus qui de Acilio corrupte appellatur a Paulo Diacono rerum Longobardicarum lib. 3 dum illum asserit adfuisse in Synodo Maranensi cum Severus in Schismaticorum Præsulum communionem receptus est. Idem interfuit alteri Maranensi conventui ann. 590 coacto, de quo diximus in Aquilejensibus.

Italiæ Sacræ Tom. X seu Appendix.
Venetiis 1722.

[illegible]

C.

Marcus Antonius Memo Dei Gratia Dux Venetiarum etc.

universis, et singulis Rectoribus, Magistratibus, et judicantibus

Cxi;

Ex Codice Statutorum Communis Sacilli compilato currente Seculo Decimo tertio.

1279.
1982

1924

C.

Marcus Antonius Memo Dei Gratia Dux Venetiarum &c.
universis, et singulis Rectoribus, Magistratibus, et Jusdicentibus

CXI

Ex Codice Statutorum Communis Sacilli compilato currente
Seculo Decimo tertio.

pag. 1.2. In Nomine Yhu Xpi. Incipiunt Statuta Communis Sacilli. Et primo incipit
Forma Iuramenti Potestatis.

Ego Iuro ad Sancta Dei Evangelia quod bona Fide et sine fraude quam melius sciero, et potero regam Commune Civitatis Sacilli, et Subburgorum, et Portus ejus, et totius Districtus Civitatis Sacilli et tempore mei Regiminis ad communem honorem Dni Patriarche Aquilegensis, et Hominum terre Sacilli, et proficuum Civitatis: Et nec per fraudem stabo, quum recipiam, aut faciam recipi ab aliquo Sapientum meorum querimonias mihi factas per brevem, sive scriptum ab illa persona, que de Sacillo erit, vel ejus Districtu, dum tamen per Potestatem se distringat contra personam Sacilli, vel ejus Districtus: Et manutenebo Statuta Sacilli: et infra Quinquaginta dies a lite contestata eam finiam, vel finiri faciam dato pignore congruo ab Actore nisi solempnes Ferie, vel repentine intervenerint, que sint excepte, aut justa dilatio intervenerit, secundum quod data fuerit secundum Leges aut Ius, vel consuetudines Marchie, quam melius observandum putavero sine fraude. Si Causa mihi, aut Consiliariis meis liquida fuerit per me, vel alium difiniam, nisi steterit per Actorem. Si Actor per fraudem a causa cessaverit prosequenda, Reo instante eam difiniam, si liquida fuerit, nisi publica re Civitatis hujus remanserit, aut iusto impedimento per, vel per oblivionem. Quo transacto infra XV. dies eam difiniam, vel faciam diffiniri: Et Sententiam, quam inde tulero, vel aliquis pro me bona Fide et sine fraude Appellatione non obstante executioni mandabo: Et Sententias olim in concordio datas a Potestate, vel a Consulibus istius Civitatis, si liquidum fuerit mihi, eas executioni mandabo, sin autem Reus pignus dare noluerit nec Actori respondere voluerit, eum bona Fide compellam ad pignus dandum. Et quod justum fuerit, ut superius Legitur difiniam vel faciam diffiniri.

Banna a modo posita Consilio Civitatis hujus: credentie vel in Consilio palam facto, vel a Potestate in Concione exigam fide pura.

De rebus hujus Civitatis Communis Sacilli furtum scienter non faciam, nec fieri consentiam.

Ad damp[n]um istius Civitatis Sacilli non ero Sapiens, vel Wida ad proficuum innimicorum ejus; Nec in facto, vel in consilio ero, ut Civitas Sacilli, vel Homines Civitatis ipsius, sive Districtus perveniat, vel perveniant inimicorum

eorum manus ejus, vel eorum, ut perdatur, seu comburatur, et suum honorem perdat, pariter atque Statum. Et si amissus fuerit, vel mei tempore amissus extiterit, bona fide, et sine fraude, ut recuperetur dabo opem, et operam efficacem: Et si mihi quesitum ad manifestandum veritatem causę usque ad tres constringam in unoquoque Capitulo causę. Et si qualitas causę plures exigerit testes ad veritatem cognoscendam, tot constringam quod fuerit oportunum.

Pro judicatura vero ultra XII. denarios pro libra ab autore, et XII. denarios a reo scienter a me non auferetur.

Et tempore mei Regiminis contringam bona fide Tutores, et Curatores Pupillorum Sacili, et Districtus annuatim reddere jus administrationum bonorum ipsorum Pupillorum.

Forma Juramenti dandi Hominibus debentibus Potestatem sequi.

pag. 2. Ego juro ad Sancta Dei Evangelia, quod ego sequar Potestatem Civitatis Sacili, et eius Notarium, et eorum precepta quocienscumque mihi fecerint observabo. Pro offitio, seu regemine vel facto Civitatis Sacili de discordiis specialibus, et communibus, et pro concordia facienda, et retinenda in Civitate Sacili, et illorum qui pertinent ad Sacillum, ut superius diximus, attendam, et eis obediam bona fide et sine fraude. Nec ero in Conscilio, nec in Facto, nec in damno, vel ejus dedecore, vel suorum donec in Potestaria permanserit. In conscilio non ero, vel in Facto ut perdant vitam, sive membrum menbem nec suum honorem, et si sciero quis fecerit eum Potestati manifestabo, vel Tabellioni quam cicius potero. Et salvabo personas eorum, et suorum bona veniendo ad eum stando, et reddendo, et dum domum reversus fuerit, eum manifestabo. In Potestaria juvabo, et manutenebo contra quemlibet hominem et personam: et si sciero aliquem, vel aliquam contra honorem, et Statum ejus facere velle, per nuncium meum, vel per litteras meas proprias denunciare curabo, et ad voluntatem ipsius conscilium, et suffragium dabo sibi: Et falsum testem, nec falsam cartam me sciente in causa producam, nec produci permittam: Et si

sciero

C.

Marcus Antonius Memo Dei Gratia Dux Venetiarum etc.
universis, et singulis Rectoribus, Magistratibus, et Judicantibus

suero, qui fecerit, Potestati, vel Tabellioni suo dicam, et testimonium reddam in causa si fuero appellatus per Potestatem, vel ejus nuncium. Arma vetita in Civitate Sacilli contra bannum Potestatis non deferam: Et banna Potestatis posita, vel quae posuerit observabo, et illa firma tenebo. Domum, aut domos, metam, seu metas furtim non incendam, seu comburam. Vineam, vites, arbores domesticos alienos in toto Districtu Sacilli fraudolenter non incidam de hinc ad Sanctum Michaelem nunc venturam. Hoc totum observabo, nisi remanserit cum verbo Potestatis, vel ipsius Nuncii. Et si quid additum, vel diminutum fuerit per Potestatem, quod de addito tenear, de diminuto vero non.

C.

Marcus Antonius Memo Dei Gratia Dux Venetiarum etc.
universis, et singulis Rectoribus, Magistratibus, et judicantibus

Ex.d Ex Statutis Magnificae Communitatis Sacilli pag: 184 c 19 — 14

Hoc est exemplum cujusdam Instrumenti Cujus tenor talis est.

In Nomine Christi amen. Anno Nativitatis ejus Millo Ducentesimo Octuagesimo sexto, Quartadecima Indictione. Apud Civitatem in Palatio Dni Patriarche Aquilegensis, Die Mercurii quinto intrante Junio, Presentibus Magro Petro Bucca de Tarvisio Canonico de Asilo, Dno Hengelpreto de Regonia, Fratre Petro de Carugate Ordinis Humiliatorum, et Frayno Canonico Utinensi Testibus ad hoc vocatis, et rogatis, et aliis.

1286. 5. Giugno

Cum quedam Statuta facta fuissent a Commune Sacilli quorum tenor de verbo ad verbum noscitur esse talis. Statutum est pro majori Parte Communis Sacilli, quod si quis in Civitate Sacilli, vel ejus Districtu animo irato percusserit aliquem, et sanguis non exierit, Sexaginta soldos denariorum parvorum pro compositione componat, et Sexaginta soldos pro banno Communi, et plus, vel minus ad voluntatem Potestatis, et sui Consilii secundum qualitatem Persone, et malefacti tam de banno, quam de compositione.

Item Statutum est, quod si quis percusserit aliquem in Civitate Sacilli, vel Districtu ejus animo irato, et sanguis exierit, Centum soldos denariorum parvorum pro compositione componat, et centum soldos pro banno Communi, et plus, et minus secundum qualitatem Persone, et malefacti tam de banno quam de compositione ad voluntatem Potestatis et sui Consilii. Guidolinus Massarius Communis Sacilli, et Mayus de eodem Loco Ambasiatores Communis ejusdem, constituti in presentia Reverendi Patris et Domini Raymondi Dei gratia Sancte Aquilegensis Sedis Patriarche, nec non nomine, et vice Communis ipsius supplicaverunt eidem Dno Patriarche, ut predicta duo Statuta dignaretur de gratia confirmare. Quorum idem Dnus Patriarcha supplicationibus inclinatus Predicta duo Statuta de gratia confirmavit. Ceterum predicti Ambasiatores presentato ipsi Dno Patriarche quoddam alio Statuto Cujus tenor de verbo ad verbum talis erat.

Item Satutum est, quod si quis interfecerit aliquem in Civitate Sacilli moriatur, et Capud ei auferatur a busto hoc idem Dnus Patriarcha noluit confirmare. Sed ubi dicitur, moriatur, et capud ei auferatur a busto, sic corexit, Quod si quis talia fecerit in Civitate Sacilli, et ejus Districtu, secundum quod juris ordo postulat puniatur.

Ego Johannes

Ego Johannes de Lupico Sacri Imperii Publicus Notarius supradictis omnibus presens interfui, et de mandato supradicti Dni. R. Patriarche scripsi in formam publicam reducendo.

Et ego Bartholameus quondam Thomasii Becarii de Sacillo Imperiali Auctoritate Notarius, et Officialis Communis Sacilli hoc Instrumentum, quod scriptum inveni in Libro Statutorum Communis Sacilli auctenticatum fideliter exemplavi, nichil addens vel minuens preter punctum, vel virgulam, quod sententiam mutet, vel minuet.

C.

Marcus Antonius Memmo Dei Gratia Dux Venetiarum &c.
universis, et singulis Rectoribus, Magistratibus, et Judicantibus

15 ...toris
...iam
...ollegio
...ostro
...di
...ziona
...Nostri
...ssa
...ordina
...ultore
...vola
...ssa
...a
...ha
...avvi-
...i
...con-
...uole
...on
...ante
...xj,
...iva
...ha
...ta
...doli
...dalli
...la

C.

Marcus Antonius Memo Dei Gratia Dux Venetiarum &
universis, et singulis Rectoribus, Magistratibus, et Judicantibus

et futuris,
ginam
el Collegio
Nostro
gni e
a di
lazione
mi Nostri
essa
Cordine
nscultore
avola
basa
stra
ha
servi-
lli
la con-
quale
non
mante
Dazj,
edeva
ha
ante
baboli
tta
el
udali
che

C.

Marcus Antonius Memo Dei Gratia Dux Venetiarum &
universis, et singulis Rectoribus, Magistratibus, et Iurisdicentibus
Officialibus Nostris, et praecipue Potestati et Cap. Sacili praesentibus, et futuris,
et alijs quibuscumque fidelibus Nostris hanc Investiturae feudalis Paginam
inspecturis et lecturis notum esse volumus. Che avendo Noi nel Collegio
Nostro inteso l'umile, e riverente supplicatione fatta per il fedel Nostro
Francesco Ottobuono Cittadino Nontio, e Proc.r speciale della Magn.ca e
fedeliss. Communità di Sacile il dì 7. del mese corrente per nome di
essa Communità del tenore come in quella, ed udito anco la relatione
fatteci in scrittura, e con giuramento giusta le leggi delli Provveditori Nostri
Sopra feudi, delli quali sono state vedute le scritture per nome di essa
Communità presentate, oltre l'aver anco circa esse avuto secondo l'ordine
delle leggi, il parere delli Avvocati Nostri fiscali, e del Can. Treo Consultore
Nostro in iure. Abbiamo con esso Collegio Nostro giudicato ragionevole
e conveniente la dimanda di essa Nostra dilettis. Communità, atteso
la sua costantissima fede in tutte le occorrenze della Signoria Nostra
e la prontezza di prestare continuamente li dovuti diritti come ha
fatto per il passato, e specialmente la taglia militare di Cavalli per servi-
zio Nostro e difesa di quella Patria, carico proprio et solito delli
feudatarj, et perciò con ogni miglior modo, premessa prima la con-
cessione della supplicata venia, per qualsivoglia negligenza nella quale
fosse incorsa, come vogliamo credere, per pura inavvertenza per non
aver prima che ora in virtù delle leggi Nostre feudali, specialmente
1586. 13. Decembre presentate la sua scrittura, e notificato li Dazi,
ragioni et emolumenti feudali, che essa al tempo di detta legge godeva
e come di presente possiede, e gode, e per tempo immemorabile ha
goduto, e posseduto obbligati alle fazioni pubbliche, e principalmente
alla suddetta taglia militare, ovvero feudale, et perciò concedendoli
col solito Nostro paterno affetto la Grazia Nostra, e della suddetta
Nostra legge feudale, li abbiamo confirmato, et per tenor delle
presenti confirmiamo ad essa devotissima Communità, come feudali
i Dazi, ragioni, et emolumenti che lei giustamente possede, e che

sono stati notificati, inherendo Noi alla concessione, e confirmazione concessali in prima Dedizione 1419 - 17 - Settembre, et alla deliberazione del Consiglio Nostro di X. 1579 - 21 - Novembre in tutto come in essa si contiene, sicchè essa Communità, come Nostra fedele Feudataria, et come era anco già sotto i Patriarchi come Duchi del Friuli per il Dominio temporale, possa, et debba continuar a godere in buona grazia essi Dazj, Beni, ragioni, ed emolumenti quietamente, et pacificamente istesso che fin ora ha fatto, e fa con gli utili, et onori ad essa spettanti, e pertinenti con i carichi debiti, e soliti, e specialmente della taglia militare et ciò abbiamo fatto, e facciamo, perchè esso fedel Nostro Francesco Ottobon come Nonzio, e Procuratore speciale di essa Communità genuflesso dinanzi a Noi, e nelle mani Nostre ha prestato il giuramento di fedeltà nella forma solita, e debita delli devoti, e fedeli Feudatarj, e tutto ciò s'intenda salve sempre le ragioni Nostre, et di qualunque Persona. Quare mandamus vobis ut supradictam concessionem Nostram observetis, et ab omnibus inviolabiliter observari in locisque solitis pubblicari, in Cancelleria vestra registrari faciatis.

Dat. in Nostro Ducali Palatio die 7. Martij indict. XIII. MDCXV.

Gio. Battista Grataroli
Secretario sopra i Feudi

Sacile li 23 Giugno 1816

Copia tratta dal libro Parti dell' ex Consiglio dè Nobili esistente nell' Archivio Pubblico

Bombardella Segretario della Dep. Com.

Sacile li 22. Giugno 1816
N. 53
Reg. al Prot. Civile F. 3 - Giugno C. 34
Ragionato ...

Exemplum

Privilegium Comunitatis Sacili
1419. 18. 7bris

Tomas Mocenico Dei grã Dux Venetiar. Universis, et singulis presens Privilegium inspecturis salutem, et sincerę devotionis affectum.

Triumphus non modicus est victori victum humanitate sequi, et gratię largiores beneficiis confovere. Quo circa noviter ad nostram presentiam accedentibus circumspectis Viris Franco q. Bartolutti Benedicto q. Angeli, et Io: Philippo Notario q. Iacobi honorabilibus Ambasciatoribus Comunitatis Terrę Sacilli, et humiliter supplicantibus pro parte dictę Coitatis Terrę Sacilli, quatenus cum in deditione, quam ipsa Coitas facit de Personis et Terra suis Magco Viro Philippo de Arcellis Comiti Vallis Tironis Gubernatori, ~~[illegible]~~ ac Nobilibus, et Egregiis Viris Nicolao Georgio, et sancto Venerio Militi Provisoribus nostris Exercitus in Partibus Fori Iulij agentibus nro nomine, porrexerunt certa Capitula Gubernatori et Provisoribus dignaremur eandem Coitatem, et homines dictę Terrę suscipere in sinu gratię nrę racomendatos, et ipsos in numero nostror. fidelium aggregare, et dicta ipsor. Capitula quatenus honestatem, et Iustitiam concernunt confirmare, quia parati erant, atq. dispositi cum omni mentium suar. integritate nobis humilem, et devotam exibere subiectionem, et promptitudinem serviendi, et obediendi Mandatis nostris.

Nos, quibus non minus iocundum est subiectis parcere, quam frangere contumaces, et qui magis pietati, quam armis vincere gloriamur, eosdem homines, et Comunitatem dictę Terrę Sacilli cum universo eius districtu in nostros caros, et dilectos fideles, et

subditos nros, et in sinu gratię, et benevolentię nrę benignè, et humiliter accepimus, et tenore presentium acceptamus ipsos universos, et singulos in numero nostrorum subditorum, ac fidelium agregantes, habituri eosdem, et dictam Terram cum suo Districtu in nra gratia, suis patrociniis, et secundis favoribus recomissos, et volentes eos prosequi in requisitionibus suis munificentia liberali eorum supplicationibus annuentes, iuxta sua capitula nobis per prenominatos Ambasiatores eorum porrecta, prout cum responsionibus suis inferius annotatur easdem duximus gratiosè confirmanda, ut ipsa oia ex nostra munificentia recognoscant.

Volentes, et iubentes, et inviolabiliter debeant per universos nostros Rectores, fideles, et subditos presentes, et futuros ad quos pertinere poterit quomodolibet observari. Quod quidem Privilegium in omnium, et singulorum fidem, evidentiam pleniorem iussimus nrę Bullę pendentis muniri, et roborari.

Ad primum Capitulum per quod petunt per nostrum Dominium, seu Provisores nros nec in re nostra remitatur Civibus, habitatoribus, et districtualibus Terrę Saiulli quibuscunque omnis offensa, iniuria, et delicta comissa contra prelibatum Dominium nostrum, aut, quę reputaremus nobis fuisse facta usque ad diem deditionis quomodocunque, et qualitercunque, et propter predicta non debeat fieri contra eos, aut ipsorum aliquem aliqua punitio de preteritis.

Dicimus quod placet, quod fiat, ut petitur.

Ad secundum, quod sequitur in hac forma. Item quod Cives, incolę, et subditi, et districtuales, et habitatores Terrę Saiulli tam in Personis, quàm eorum bonis mobilibus, et imobilibus, quę habent, et possident in Terra Saiulli, et districtu et alibi, ubicunque, sint tuti, et securi, et illa quietè, et pacificè possidere, gaudere, et usufructuare possint, et valeant.

Respondemus quod placet Nobis, ut fiat sicut in dicto Capitulo continetur.

Ad Tertium, per quod petunt Dominium Nrum, et Nostros Rectores; Cives, Incolę, et Habitatores Sacilli, et Districtus debeant tractari secundum veteres eorum consuetudines, et quod aliqua impositio, datia, vel Gabella non inducatur, vel augeatur, sine ponatur in Terra Sacilli, et Districtu, sed tantummodo solvatur Muta, et Datia consueta, et usitata, et hactenus observata usque ad tempus presentis Guerrę, remanente tamen in Nra potestate providendi in d.o Capitulo nunc, et semper sicut Dominio nro videbitur.

Respondemus quod placet Nobis, ut fiat sicut in d.o Capitulo continetur.

Ad Quartum, quod petunt, quod Cives, et Habitatores Terrę Sacilli predictę possint libere agere, contrahere, emere, vendere, et mercari, et quaslibet merces conducere ad Terram Sacilli, et eius Districtum, et extrahere de Terra, et Districtu Sacilli, et quocunque conducere sicut ante solebant usque ad tempus presentis Guerrę non eundo, nec conducendo ad terras Inimicorum.

Respondemus, quod placet Nobis, quod fiat sicut requirunt, non intelligendo salem, de quo non se debeant impedire.

Ad Quintum, per quod petunt, quod si foret aliquis Civis, Districtualis, Incola, vel Habitator Terrę Sacilli, qui vellet recedere, et alibi, aut alio ire habitatum ubicunque voluerit, impune, et libere ire possit, et sibi fieri, et concedere debeat liberalis licentia cum suis rebus, et bonis mobilibus, et nihilominus bona immobilia, quę habuerit in Terra Sacilli, et Districtu, aut alibi ubicunque, possit libere tenere, gaudere, et possidere sicut per antea solebat, dummodo non conducat in Terris Inimicorum Nostrorum, et ipso non habitante in Terris Inimicorum nostrorum, nec Rebellatorum Nobis.

Respondemus, quod placet Nobis, quod fiat, et observetur iuxta continentiam dicti Capituli supra allerti.

Ad Sextum, per quod requirunt, quod Cives, Habitatores, et Districtuales Terrę Sacilli consideratis temporibus Guerrę, et angarijs per eos passis, non possint, nec debeant per aliquos suos creditores forenses arctari ad solvendum eorum debita ultra quintum totius debiti pro anno, tamen inter ipsos Cives de debitis, et alijs, quę alter alteri petere vellet, fiat, et administretur debitum Iustitię.

Respondemus, quod placet Nobis, quod fiat sicut requiritur in d.o Capitulo, declarando quod hoc non intelligatur de debitis, in quibus essent obligati Venetis Nostris, et deberent Nris Venetis, et Subditis Nostris.

Ad Septimum, quod Datia, Condemnationes, et Introitus Terrę Sacilli, et Districtus quę pertinent Comunitati Sacilli, sint ipsius Comunitatis, et illa exigere possint, et debeant, secundum quod hactenus exegit, dummodo per dictam Comunitatem fiant expensę solitę, et consuetę.

— Respondemus, quod placet Nobis, quod secundum continentiam dicti Capituli observetur.

Ad Octavum, quod omnia pacta, conventiones quę, et quas habet d.a Comunitas Sacilli cum Iudeis habitantibus in d.a Terra, debeant sibi servari, et in nullo contrafieri, et contraveniri, et illa sibi debeant observari.

— Respondemus quod placet Nobis, ut fiat, sicut in d.o Capitulo continetur.

Ad Nonum, quod Cives, et Districtuales, et Incolę Terrę Sacilli, non debeant, nec possint cogi ad aliqua Plovicia, nisi ad solita, et consueta usque ad tempus presentis Guerrę, tamen sit in potestate Dominij disponendi secundum indigentiam temporis, et agendorum.

— Respondetur, quod placet Nobis, ut ita fiat, sicut requiritur.

Ad Decimum, quod si aliqui Stipendiarij non debeant poni in Domibus Civium in Terra Sacilli preter eorum voluntatem.

Respondemus quod placet Nobis quod fiat iuxta continentiam Capituli suprascripti, verum occurrente casu necessitatis Rectores nostri debeant ipsos Stipendiarios alogare cum quo minori incomodo poterunt Civium d.e Terrę Sacilli

Ad Undecimum, quod Cives, et Districtuales Terrę Sacilli habentes Possessiones in Terris presidati Dominij N.ri possint illas gaudere, possidere, et usufructuare, sicut possidebant ante presentem Guerram, et eorum affictus, redditus, et proventus libere extrahere sicut ante presentem Guerram solebant.

Respondemus, quod Nobis placet, ut dictum Capitulum observetur.

Ad Duodecimum, quod sit in libertate n.ra providere, et disponere, ut Nobis libet de omnibus bonis Sp.lis Militis D.ni Tristani di Savorgnano, et aliorum Benevolorum N.ri Dominij existentibus in Sacillo, ac eius districtu.

Respondemus quod ita volumus fieri, et sic in libertate Dominij Nostri reservamus.

Ad Decimum tertium, et ultimum, per quod supplicatur, quod per Dominium Nostrum fiant more solito Privilegia de predictis.

Respondemus

Respondemus, quod Nobis placuit, et proinde presens Privilegium
fieri iussimus.

Quae quidem Capitula sicut superius continetur per Illustrissimum Dominium
approbata, prelibati Ambasciatores nomine supradictae Communitatis
receperunt, et humiliter acceptarunt.

Dat. in nostro Ducali Palatio Die 18 septembris Ind.e 13. 1419.

Ant.s Ovius Mag.ce Com.tis Saxilli Canc.
occupatus, aliena sibi fida op.a scribi fecit et
se subscripsit sub.t Sigillorum eiusdem Comm.is munivit &

888

Statuta Dominorum et Communis de Castello, et primo de blasphemationibus Dei et Sanctorum ac Sanctarum ejus.

In primis constitutum fuit, quod si quis blasphemaverit, vel juraverit Deum, vel Sanctos, vel Sanctas, videlicet, si quis, seu aliquis diceret, quod Deus non posset facere, vel aliquam aliam injuriam, condemnetur in solidos viginti, vel proiciatur tertia die in aquam sicut inveniretur indutum si fuerit accusatum per hominem bone fame.

De incisione Arborum.

Item constitutum, et ordinatum fuit, quod si quis incideret vites, vel arbores et pomarios, condemnetur in frixerios quadraginta, et teneatur satisfacere damnum substinenti, et quod clare, et manifeste possit accusare petenti cuilibet vicino pro suo sacramento

De palatiis et foveis.

Item constitutum fuit, quod si quis incideret palatas, vel foveas de aliquo territorio condemnetur denariis frixeriis octo, in die, et si in nocte talia faciet condemnetur frixeriis quadraginta, et credatur cuilibet vicino suo sacramento, et si Dominus Braide, vel de orto, vel de campis inveniret aliquem talia facientem, vel frangentem, quod credatur sibi per suum sacramentum, et quod Dominus Braide debet esse satisfactus.

De acceptione fructuum.

De venditionibus vini, panis et carnium.

Item constitutum fuit quod si quis venderet vinum, sive panem seu carnes absque positionibus juratorum si est vinum condemnetur de uno congio vini communi et frixeriis

quadraginta domino, et si carnes condemnetur frixerios quadraginta et perdat carnes, et si fuerit panis condemnetur de solidis decem in primis Communi, et frixerios quadraginta Domino.

De ludo.

Item constituerunt, quod si quis tenet ludum devariorum cum taxillis vel aliter in nocte condemnatus sit frixerios viginti, et quilibet ludens similiter solvat domino frixerios octo.

De rosello preconis.

Item si quis faceret rosellum preconi condemnetur sit frixerios quadraginta, sive accipiet violenter aliquod pignus preconi per ipsum preconem acceptum condemnatus sit frixerios sexaginta.

De spernitione treuguarum.

Item si qui facientes, vel facere vellent rumorem vel plures in simul et spernentes preceptum treuguarum sibi factum per dominum, vel juratos, vel preconem vel alium bonum vicinum sic dignum eis factum condemnetur in libras decem parvulorum.

De acceptione capentei, vel alicuius rei.

Item constitutum, quod si quis accipiet alicui capuceum, vel pilleum, vel cultellum, vel lanceam, vel aliquam aliam rem, et pignoraret in taberna, condemnetur, frixerios quatuor, et si quis acciperet aliquas res alienas, et portaret vi condemnatus sit frixerios quadraginta domino, et redat accepta cum damnis et expensis.

De pignore mancipati

Item constituerunt, si quis acciperet aliquod pignus ab aliquo

manupasto vel familiaris sive voluntarii Domini sui, sit condemnatus frixerios viginti, et teneatur restituere dictum pignus si ascendit dictum pignus ultra unum Denarium.

Item si quis percusserit aliquem in sanguine, vel projiceret aliquem in terram irato animo sit condemnatus frixerios quadraginta.

Item si quis evaginaverit ensem, vel cultellum, vel lanceam, vel lapidem vel alia arma cujuscumque conditionis sit condemnatus frixerios viginti vel acciperet dictam armam in manu irato animo, et si projicit de dictis armis extra manum condemnetur frixerios quadraginta.

Item statuerunt, si aliqui modo aliquo facient rumorem seu plurium in simul quod principiator et ceptor rumoris solvat partem cum dannis et expensis.

De verbis injuriosis

Item statuerunt et ordinaverunt, quod verba infrascripta sint injuriosa et incipium rumoris, vel questionis, scilicet, vocare aliquem mentiri vel furem, vocare proditorem, sofimum vel falsum, vel vocare aliquem filium pute, vel meretricis, vel si quis vocaret aliquem cornutum irato animo in fortiliciis Castelli; scilicet a ponte vadi, usque ad Sanctum Chiriadum et usque ad rivum sive costam de vignis sit condemnatus frixerios quadraginta.

De sacramento.

Item statuerunt, quod si quis coram Domino voleus facere factum alicujus deffensionis, teneatur manum infra, et non probaverint legitime intentionem suam sit condemnatus frixerios viginti; et si probaverit legitime intentionem suam

citra illum, quam teneret manum super fecit, quod ille tenens manum supra, et volens facere factum condemnetur in frixeriis quadraginta.

De venditionibus carnium et vini.

Item statuerunt, quod si quis venderet aliquas carnes pro illis, que non sunt, vel poneret aquam in vino posito ad manum sit condemnatus frixeriis quadraginta accusatori potestati, vel juratis per hominem bone fame et per suum sacramentum, et si dictus potestas, vel jurati accusarent accusatorem dominum condemnetur frixeriis quadraginta domino.

De vocationibus.

Si quis vocaret aliquem - - - - - volentem facere questionem sit condemnatus frixeriis viginti, et si iret ad domum illius, et vocaret similiter . . . . . . condemnetur frixeriis quadraginta.

De violentia scilicet alicujus rei.

Item statuerunt, quod si quis violenter intraverit domum sive curiam alterius sit condemnatus in libras triginta eunde danariorum Aquilejensium, computatis denariis octo pro libris de... satisffaciat injuriam, et dannum cum damnis, et expensis.

De reclamo.

Item statuerunt, quod si quis faceret reclamum aliquid, et non posset manutenere sive ~~[illegible]~~ vincere placitum sit condemnatus in eadem pena de qua ille fuisset condemnatus.

De pondere.

Item statuerunt, quod si quis vendens carnes, et alia, et non daret justum pondus solvat domino solidos decem pro qualibet vice.

De venditionibus vini

Item statuerunt, quod si quis vicinus venderet vinum, et non trageret

plenam butiam, sive metretam, et non trageret in metreta, sive butia condemnetur singula vice solidos decemocto.

De alterationibus mulierum.

Item statuerunt, si qua mulier alterans cum alia aliqua muliere, et dicat turpia verba alie mulieri, solvat domino solidos viginti, vel ferat unam rotam extra tribus vicibus per burgum magnum; accusatum per hominem bone fame virum.

De vocationibus coram domino.

Item si quis coram domino fuerit termino vocatus per preconem communis, facto tamen eidem mandato ad ...... alicui et non comparebit sedente domino solvat frixerios quatuor pro singula vice domino.

De contemptionibus domini

Item si quis sedente in judicio domino cum juratis suis dixerit eisdem aliqua verba injuriosa, faciendo offensionem dominorum vel communis, ubique solvat domino marcham mediam denariorum.

De appellationibus.

Item statuerunt, quod si quis appellaverit de aliqua sententia data per juratos in judicio, et non procuraverit ipsam appellationem in quindecim diebus, vel perdet ipsam et condemnatus domino frixerios viginti salvo justo impedimento.

De mensura.

Item statuerunt, quod nullus audeat mensurare bladum, seu aliud nisi cum quarta et pezenalio legali, et bulato, quod si contra fecerit solvat domino frixerios quadraginta.

De extimitationibus carnium.

Item statuerunt, quod nullus audeat vendere aliquas carnes

sine extimationibus, et alterius ei quod fuerit extimatum sub pena frixeriis quadraginta ut supra.

De procuris.

Item statuerunt, quod nullus vicinus audeat assumere aliquam procurationem, seu onus procuratorie ab aliquo foresto contra aliquem civem in pena librarum sexaginta.

De officio preconis.

Item constitutum, et ordinatum fuit, quod quidam preco intrat officium, jurat ad Sancta Dei Evangelia omnia precepta facere bona fide, et sine fraude, et teneatur quandocumque fuerit per Dominum interogatum de preceptis per ipsum factis aliquibus dicere, et recitare, et relationem facere, et omnia pignora ei data, vel per ipsum accepta, et quod precones vendere non possint pignora accepta debitoribus, donec non presentantur eos per dictum preconem cum precepto creditorum, et si debitores designarent in manu preconis aliquod pignus, et daret ei mostram, et preco deliberaret hora debita, et debitores non darent pignora consignata usque ad tertium diem quod sit condemnatus de frixariis quadraginta tantum quod pignus venditum requisitum sit a preconibus usque ad dictum tertium diem, vel ante, et quod preco teneatur dare vel facere dare creditori denarios ei cui fuerint dandi, et si dictus preco non daret denarios illi, cui sunt dandi, vel dare faciat, vel etiam ejus pignora perderentur, quod teneatur emendare, vel stare in turrim seu justi parte usque quod preco sit concors in simul cum dicto creditori.

Item quod precones teneantur habere per singula marcharum

denarios quatuor, et debeant habere executiones per villas pro singulo milliario denarium unum.

Item si preco iret per villas ad pignorandum aliquem pro aliquibus creditoribus, et acciperet pignus pro labore suo, et non pro creditoribus, quod teneatur solvere solidos decem domino.

Item quod preco debeat habere de omni mandato forensium solidum unum.

De potestate.

Item constituerunt quod potestas, ac jurati, et preco sedere debeant bis in ebdomada scilicet die dominico et die mercurii ad reddendum rationem in judicio, quod si non facerent cadant in penam pro singula vice de frixeriis quatuor, salvo justo impedimento, et quod dictis diebus pro forensibus si est necesse sedere debeant in hora vespertina.

Item constituerunt, si rumor acciderent pro aliquo modo, quod potestas habeat auctoritatem mandandi, cuilibet vicino quod sit apud eum ad faciendum honorem dominorum, et pro suo officio ad capiendum aliquem, vel ad treugas faciendum, vel ad exigendum vadias et si non obbediant mandatum etiam cadat in pena denariorum quadraginta.

Item constituerunt, quod si aliquis becarius haberet carnes sub becaria, et non essent venditori, et aliquis vicinus peteret et becarium non vellet vendere cadat in pena pro singula vice solidorum decem.

Item, quod si quis daret buffetum alicui irato animo cadat in pena frixeriorum quadraginta, et si percuteret cum pugillo et non faceret sanguinem cadat in pena denariorum octo et faceret sanguinem condemnetur frixeriis quadraginta.

Item si quis tabernarius venderet vinum, et conservaret in sua taberna bochales non tenentes bukaum, quod potestas et jurati pro suo officio teneantur frangere dictos bocales.

Item si quis esset vocatus ad Consilium, et accusavisset consilium alicui quod potest reperiri cadat in pena denariorum quadraginta.

Item convenerint, quod si aliquis eligerent a domino potestates vel jurati, et ipse recusaret officium, quod teneatur domino frixerios quadraginta et per totum annum non sit factum ei aliquod jus a domino in aliquo; et quod ipse teneatur respondere aliis in omnibus et alii sibi non teneantur respondere in aliquo.

Da Ms. del secolo XVIII dell'archivio Frangipane, Vol. I. – De investituris, privilegiis et juribus. etc.

888

Statutorum
Communis Maniaci

A chi leggerà

Io Fabio dei Sig.ri di Maniaco ho voluto prendermi la pena di copiare le seguenti antiche nostre Costituzioni di Maniaco per non vedere la perdita di questa non dispregevole memoria già minacciata dal tempo che ha cominciato a rodere le lettere dell'antico esemplare; e l'ho voluto fare di mia mano perchè ho dubitato di non ritrovare in altrui la diligenza usata da me, per l'esperienza già fatta in due altre copie piene tutte di scorrezioni, e d'infedeltà. L'esemplare suddetto è scritto in carta-pecora colle lettere iniziali miniate ed esso di mano del Notajo Antonio Belloni d'Udine, che visse al principio del sesto secolo, e fu Cancelliere Patriarcale. Contuttociò anco questo non è senza li suoi difetti, come potrassi vedere dalle annotazioni da me aggiunte nel margine, o perchè le scritture dalle quali copiò il Belloni fossero già viziate, o per altra qualsisia ragione. Io poi oltre l'avere religiosamente trascritte sino le manifeste scorrezioni contentandomi di aggiungere al margine le scritte noterelle, ho voluto con quasi superstiziosa diligenza esser fedele fino nell'Ortografia; perchè trattandosi qui di cose appartenenti molto ancora alla mia Famiglia, non ho voluto cadere in sospetto alla posterità in caso, che si perdesse l'originale, di essermi procacciato il senso vantaggioso colla distribuzione de' Punti, e delle Comme a mio capriccio. Perciò in questa Copia non si troveranno nè Comme, nè Dittonghi, perchè nell'esemplare non ve ne sono. Solamente nelli supplementi delle parole che sono in quello abbreviate ho creduto di poter usare li Dittonghi non considerandomi obbligato alla scrupolosa osservanza d'una antica Ortografia che non apparisce, perchè abbreviata. Quelle abbreviature poi, che ho veduto di non potere se non indovinando supplire, le ho trascritte tali, quali si trovano nell'esemplare rimettendo il supplimento, e l'interpretazione a ingegno più felice.

Questo è quanto ho intrapreso in questa copia, la quale acciocchè le venghi prestato piena fede ho voluto qui segnare col mio sigillo, e che sia da pubblico notajo dopo fatta diligentemente incontratione autenticata come nel fine si può vedere.

Maniaco li 15 Gennajo 1733 Ind.e undecima.

Affirmatio Statutorum Communis Maniaci

1 Millesimo trecentesimo octoge.° Ind.^e tertia, die ultimo Martii presenti-
bus Domino presbitero Bartholameo quondam Adami de Famigo-
lis Vicario Plebis Maniaci, Mathia quondam Dominici Sindi-
co, filio Dominici de Grecio. Et Alexandro quondam Girololi
de Carbaneso Episcopatus Cenetensis nunc habitante Maniaci
testibus et aliis ac Raynerio de Porta Et aliis in regula et in unum
congregatis hominibus infrascriptis Ville Maniaci ad sonum
campane hora assueta et in loco assueto Coram Nobili Vi-
ro Domino Nichelo quondam Domini Galvani de Maniaco
potestate dicti loci cum suis iuratis Videlicet Venerio de
Coppo quondam Venture nunc habitante Maniaci. Danie-
le quondam Johanis Vualterii. Minutino quondam Armanni
de Gravena. et Jacobo Vezzado ac Dominis Lucifero quondam
Domini Vorbenii. Gaspardo quondam Domini Galvani. Bal-
dassare eius fratre Magistro Petro Armanno quondam Jachi-
lini. Mauro Pitikare. Jacobo quondam Dominici de Mau-
ro. Capuza quondam Johanis Amiti Antonio, et Joanne
fratribus quondam Pikutitti de Fonte. Natimbeno de Civita-
te Belluni nunc Maniaci habitante. Venuto quondam Ziani
Zanino Decano quondam Dominici Delamico. Jacobo Sutore
quondam Nicolai Pagnonis. Nicolussio quondam Johanis
Tramontini. Mauro quondam Francisci Cappe. Menico seu
Petraco Nicolussio de Pratofabro. Leonardo Vidine. Andrea Mo-
raie eius fratre. Odorico Joanne. Armanno Panuerli quondam Ab-
bati. Vendramino. Jacobo quondam Cunini. Stephano Clando
Sutore filio Menici. Odorico quondam Mauritii. Jacobucio
quondam Bellutii, Michaele, et Pitolo fratribus. Jacobo quon-
dam Valanti. Candussio quondam Antonij de Porta. Petro
quondam Johanis Spate. Guergelune Morandine. Francisco
eius filio. Laurentio Minini. Jacobo quondam Cani. Jacobo
Calderario, Antonio Agnitutte. Venuto Tode. Petello de Fratta. Ja-
neso de Fratta. Janeso de Fratta. Venuto Luchato. Johanne de
Laucha. Antonio quondam Zanfurquini. Joanne quondam

Parutii. Cristo Martinello. Jacobo Golee. Candido ejus filio. Francisco Agnetis sartore. Bartolussio quondam Venuti Mazzochi. Floretto quondam Ultine. Nicolussio fabro. Aucelo Portanerio. Bartolussio Contanti. Petro Pinciglano. Jacobo Gumbulino. Nicolussio Curtine. Francisco Cardinal. Johanne Maio, et Bertotello fratribus quondam Maij. Marassio de Zoia. Nicolussio quondam Venuti Vualterij. Grantutto Galuane. Tritano filio Maij sutto dis tenis. Dominico Maniaco. Vuras Brusse. Laurentio Curtine; Dominico ejus filio Hendrico Rusulino. Stephano Gandulinis. Bartolussio Cene. Daniele quondam Oderici Utilini. Abraam quondam Benevenuti Clentani. Oderico filio Galuani Sartoris. Antonio et Joanne fratibus quondam Nicolai Inuietti. Unde predicti omnes insimul laudaverunt, ratificaverunt, et approbaverunt statuta et ordinamenta noviter facta in Vicinio Maniaci per Nobiles Dominos Maniaci, et per vicinos ad haec electos, et etiam promiserunt hic firma perpetuo per se, et eorum heredes.

Designatio aquarum Riviorum Maniaci posita per infrascriptos

(above "Riviorum": *Riverum*)

2. Die dominico vigesimo sexto Aprilis, presentibus Candussio quondam Antonij del horta. Antonio Pitade. Petro Agathe. Jacobo galee. Martino Donati. Antonio agnitutte, et Candussio galuane, et aliis coram Domino Nichilo quondam Domini Galuani de Maniaco potestate dicti loci ad banchum iuristitato pro regula tenenda hora debita, et in loco consueto cum suis Juratis, videlicet Venerio de toppo habitante Maniaci, Miminino, et Daniele quondam Vualterij de Maniaco. Jacobo Vezzado de puleuz habitante Maniaci. Ibidem ad sonum Campane congregatis hominibus, et vicinis dicte Ville, in qua congregatione erant ultra quam due partes Vicinorum. Providi viri Laurentius Mimmi magister. Petrus quondam Johannis. Johanes filia. Jacobus quondam Dominici de mauro. Petrus quondam Johannis Strate. Bartolameus quondam Leonardi habitantes ibi, et Vanimus Decanus electi tam per Dominos, quam per vicinos Maniaci ad inquirendum aquas in eorum lectis in

Villa Maniaci que labuntur et discurrunt ex rivulis Ville et su-
per hoc convocatis vet[?] ?anis Ville Maniaci ac etiam quia vi-
gore minus carte publicate per me notarium infrascriptum a-
nctis olim presbiteri Danielis in Millesimo tricentesimo octua-
gesimo quinto, Indict. duodecima die undecimo exeunte Ja-
nuario in hunc modum dixerunt mandaverunt et ordinave-
runt poni. Et primo aquam de Camino mandaverunt et
dixerunt debere labi et discurrere per ante portam dicti Do-
mini de Mauro per directam viam publicam et debe-
re ire versus tavellam-

Item dixerunt quod aqua fontis Maniaci famuli debeat
ire per ante domum dicti domini decani et Copuke ejus filij.
Item dixerunt quod aqua fontis de Fumento manere debeat
per ante domum habitationis Mathie quandam Mau-
ruffij in qua olim habitabat dictus olim Mauruffius et
deinde per ante domum dicti Mauri pellicharij et debeat
exinde venire versus pratum post domum Laurentii Curtine
versus Javam. Item dixerunt quod aqua fontis quondam
domini Urtheni et filiorum que labitur de calle Gribola debeat
per ante domum habitationis Henrici[?] post stabulum
et tegetes filiorum domine Burgitte inter ipsorum territorium
et territorium habitationis filij quandam Sachilini et dein-
de per ante domum Francisci de Carde et deinde versus
plateam-

Item dixerunt quod aqua fontis desuper tegetes dicti do-
mini Michili que dicitur fons barbe post castrum labi debeat
per ante portam habitationis mei Johannis notarii et per ante
portam habitationis Canuettij de Porta ~~tt~~ et inter territo-
rium Antonij Agnitutte et Tomasii quandam Catapa-
nis et cadere debet in fossato post domum parabutis pre-
dictis et ire versus plateam -

Actum Maniaci sub domo Communis -

Deliberatiom aquarum Communis Maniaci

3. Eodem loco et testibus et in instanti deliberatum fuit
per predictos quod infrascripti teneantur tenere prescriptas aquas-

in suis lectis. Et aquam de Camino debent tenere in suo le
cto Minimus et est caput infrascriptorum. Item Jacobus
Vetadres. Jacobus Dominici de Mauro est caput cum alio,
Jacobus Agnetis. Venturinus. Nicolussius malnevot. Jacobus
et Zimottus fratres de la tesa. Martellus tuinor et
Antonius fratres Martinelli. Item aquam fontis de Cami-
no debent tenere in suo tecto quod non destruat vias
publicas. Primus Zaninus Decanus et est caput infra-
scriptorum. Item Menicus Zinutti et est caput. Nico-
lussius de Prato fabro. Usp... Jacobus Michaelis de super
castro. Petrus Similisenus. Vendraminus. Zaninus ejus fi-
lius. Odoricus Sacrine Menicus ... Jacobus Lunini.
Michael et picol Canttie fratre et Nicolussius frater. An-
tonius et Johannes fratres de cantona. Maurus francisci
cepe. Vuarnerius Martinelli thermannus tadesh. Martinus
donati. Pichuttus benedicte et Peregrinus de galso. Item
aquam de Zumento infrascripti debent eam tenere in suo le-
cto. Item Maurus pellicharij est caput Zanuttus est caput. I-
tem Antonius eius frater. Stephanus claud. s. Nicolussius
